



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Digitized by Google

AK357/3A

EMBLEMATA,
ET ALIQUOT

NVMMI ANTIQVI OPE-

RIS, IOAN. SAMBVCI

TIRNAVIE N BIBLIOTHEQUE S

PANNONIL.

QVARTA EDITIO CHAMPI

Cum emendatione & auctatio copia
ipstis auctoris.



ANTVERPIÆ

Apud Christophorum Plantinum.

M. D. LXXXIII.

*Os, oculos pictor sambuci reddidit, aptum
Ingenij munus fingere solus amat.*



IOANNES CRATO MEDICVS
IMPERATORIS.

*Me pictura tenet, retinet granitate poēmas:
Libera Sambuci sic tenet arte liber.*

D E E M B E M A T E.

QUOD Emblematum, quæ sc̄erè κατὰ πίστην operibus, pro materiæ lociç. ratione, ornamenti atq. varietatis causa inseruntur, genera sint tria, notū est. Quorū exēplo quæ præserit ad morū doctrinam pertinent, figuris quibusdam poëtariū modo delectant, magisq. accendant, obduci vera inuoluīq. solent, ut & in τύποις & ὀταῖς, ac signa ἐρείσκεται sint, καὶ καταροτάσκαι. Nam τὸ εἰνέλαθαι iniicere, ac proponere aliquid obscurius, quod explicationē, atq. cogitationē requirat, etiā Græcis significat, sed sine dubitatione, aut interrogatione neliūs fuit, ac problematis obscuriora, & dilemmatis, & enigmatis apertiora videntur.

S Y M B O L A autem seu παράστασις, ap̄sæ terū picturæ, ac images dici, quasi tessera, verius possunt: cognata Lectamē, & vix ut ικόναι μεταφοραι dissidēt. Ac eis hæc vt problemata īniuersa confitui possunt: trium tamen præcipue sunt generū, quomodo & ipsorum expositio, & intelligentia. Nam & de moribus, & natura, & historica fabulosaq., διὰ γεγραπτούσαν, καὶ συνημμέλων cōmodè finguntur: sed imprimis vitā, vt historiq., volo erudiāt, vt quē admodū illæ sunt Philosophia, & Διδαχοτάσκαι, ita hæc in oculos notis quibusdam incurvant, animumq. auditoris agunto, quod nō secus, quā Poësis τὸ σύνολον τὰ λημματα μηποστέσθι. Itaq. iecta, arguta, iocunda, & variè significantia sint, mutuq. illatia genera vim, figuræq. impertiātur. Ipsa terū simulacra si vulgaria sint, abditū innuant sensum, obseviora, non tamē κατόρθωσε. aut κατίστασε, aut ἀτίθετα (cuiusmodi vel in Virgilio & Homero diligētia conquiras; & Aristophanc, qui nubes indiicit loquētes) doceat apertiūs dū analoga sint. Interpretatio verò, vt fabularū, triplex adhiberi potest, eædē quippe sedes atq. loci vtriusq. sunt. Siquidē & μυθικῶς & πρωτοτάκτης & φυσιοτάκτης, quo & ἀναγνoscēnta pertinent, expositionem admittunt: eisī non omnia tam latè patētant, quoniam sunt angustiora, hoc magis delectant, ii di- ciōq. & sapientia nituntur, vt epithesēs poetarū propriæ, & aptæ, velut σφεργύστες, & συγχαλυψαντες, vt Phalereus appellat.

No n satis ergo vident, quid Emblema sit, qui quatuor sententias, historias, fabulas vulgo tritas, umbris figurariū, res eodem experimentibus modo, aut quodlibet heroū dīsum lemmate informatur, emblema existimant. Quis enim hoc pacto non poëtarum γράμματα, fabulas, exēpla historiarū omnia, prouerbia, apophthegmata non suffigurarit? Ut si semiputata vitē, pro negligenti patresfamilias: mulcam contra elei hātem, pro temeritate: laterem lotum, pro inani labore: Curtij yotum, Horatijs factū, pro fortitudine,

dine, & quæ huic generis de Valerio, & aliis circumferuntur, adducuntur; niti aliquo adiuncto dissimulentur, & ipsorum sint, quis miretur, aut laudem tribuat? Quare selecta, & ὑκάδηται sunt, nec minus, quam cæcæ, & singulares AEgyptiorū, & Pythagoreorum ille notæ mentem exerceant: sed nec multitudine figurarum, pictorisq. magis artificio, quam potestate has res metimus. Quā obtem in omnibus sit aliquārum versatus, qui ap̄t̄ παραγένετο τοτε comminisci velit atq. in rerū natura quocumvis formam, caussas, proprietates, ac ipsam denique οἰωλοτοιπήν teneat, si legi, atque posteritatem consequi iustam studet, necesse est: nec sit stomachus, qui non quiddam, quod sapiat, inueniat.

C A E T A R V M quid hoc in genere argumenti adhuc quidā præstiterint, non meum est promittiare. nec parum præstiterint oportet, quod quidam totos quadraginta annos sua cudent, coquant, denique extrudant: nec diligentiam vitupero, πότου γάρ χωρίς οὐδὲν ευτυχεῖ: ac scio Platonem octuagesimo ætatis annos suos dialogos non deposuisse: sed ista dico, vt πότων ήμετέπειρικούτοκοι dies ferè totidem cum illorū annis conferā, meisq. incultis, & ineptis veniam impetrem benignam. Agnosco enim quædam esse vulgaria, sed aliter tamen exposita, nec omnino diffido ex hoc numero aliquot fore insignia, & luce, memoriaque digna, si amicorum me iudicium non fallit. Audiam igitur prius quid alij de hoc meo subito consilio, præproperoq. fœtus sentiant. quod si mihi bilem mouerint, vel animum his collaudatis addiderint, meliora his, & grauiora quæ in manibus habeo absoluam. Constitui enim, quæ imitatione inter Homerum & Virgilium cōueniunt ὑποτετρωμένα, multa Athenæi, plura Philostrati, & Pausaniz, vñā cum posticis vetustorum nummorum partibus, lapillis variè insignibus, interpretatione non ingrata, cum bonis, & harum rerum studiosis brevi cōmunicare. Interea hæc, Lector, fidei pignorisque nomine habeto, ac vt citius reliquā prodeant, cum venia laudato. Quod verò aliqua clarissimorum virorum nomina addiderim, non ambitiosè factum putas: nec enim hos noui solum, qui omniē adhuc æratē apud exteros traduxi: sed vt pro meritis, memoriaque, & opinione de me publicè, scriptisque eorum testata, gratiam hac saltem occasione aliquam haberem: id verò spectavi, ac deinceps epistolis variis, mutuisque & in observationibus meis, vel erga mortuos quam plurimos obsoleti cu[m] muliū idem præstabō. Vale, Gandaui Kalend. Januariis, Anno salutis omnium M. D. L X I V.

MAXIMILIANO II.
IMPERATORI AVGUSTO,
Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,
Croatiaq. Regi optimo, Archiduci Austriae,
Duci Burgundiæ, Comiti Titolis, &c. Domino
suo clementissimo.



Quis tibi tam iuueni diuinos fundit honores,
Aususq; immensis compleuit pectora, Regum
Maximes non leuiter tribuit mortalibus ista
Munera, qui calum, ac terras Deus ordine torquet.
Nam volucris latè totum fama intulit orbem,
Te triplici insignem diadematate, dotibus auctum.

Te sibi Roma parens legum, imperique Latini
 Conscia nunc dominum legit nomenque decusq;
 Ad dedit Augusti, & titulos, renouat q; triumphos;
 Casareaq; laudes cumulat prasaga futuri.
 Te quoque Patronie fines tot cladi: usque
 Afflita, Regem poscunt, donant ut corona:
 Vt Geticis tandem relinetur cadibus, atque
 Nutu respirare tuo quest, hostibus oblit,
 Qua roties luxit crudeli funere, passim
 Tot riuis auxit longinquum sanguinis Istrum.
 Cincta iugis Regem arboraq; quoque Boemia duum
 Obitinet, in decus, ac vires redditura priores.
 Hac pariter pro te certant, tua iura verentur
 Regna, ducem in casu sperant tot fortibus omnes
 Viribus intrepidè ruiturum, pristina cunctis.
 Ut reuoces populis subito decora, aurea scela:
 Sub te ut pax coeat terrarum iudice solo, &
 Vindice te vigeant, totus letetur & Orbis.
 Tu regere imperium potesis, discordia cesseret
 Religionis amore tui: te aucto: secundum
 Qui que Deum numen veneretur, adoret idemque,
 Hac optant sani, praedicit conscientia fati
 Turba, simul gaudet fama immortaliter auctum.
 Indole iam prima docuit moderamen Iberi,
 Et necis auersa exemplum venaticus error
 Quam capiti sacro intentabat, quid valiturum
 Ingenium, ac vires essent: fore recaput Orbis,
 Delicias hominum, quem cuncti semper amarent,
 Et puro caperunt certatim pectore vates.

Ergo

Ergo Deus summo tibi munera donat Olymbo,
 Ille regis, fons, imperioque ornauit auro.
 Nam Iouis est ales triplex diademam inistrans,
 Quae in eis precipuum est Romanum, quod Dea vestit.
 Cestos, nam Lupa nutrit miserata gemellos
 Vberibus fratres, & Roma prabuit orsus.
 Hac olea ramum dextra, pacemque reuinctam
 Deficit, ac vigili cura iubet omnia serues.
 Sunt fluij Hungaria septem tua sceptra veretes,
 Qui sibi prouideas orant, cursuq; perenni
 Ritè monent curarum molem incumbere regis
 Nunc humeris, te sollicitum debere ceducis
 Partibus obiicere ex animo, saluamq; typeri.
 Hac vult, ac petet arma gerens, nec latet puella.

Parte alia est dominatrix Virtus, leo duxq; ferarum
 Candidus, hunc Boemii submittunt, Maxmiliane,
 Imperio, fortem ingeminant, dominumq; salutant,
 Sed brevibus repetam spes qua patriam tenet agram.

Deposita ac tories miserè concussa resurget
 Pannonia, exquisique modum te Rege futurum
 Sperat, constitues Byzantij firmat trophae.
 Desinet impietas, te Casare, furus inique
 Post habitusq; Deum cultus, probitasq; redibit.
 Diffugient nimbi, sublatis nubibus aer
 In medio cunctis splendet, te feret unum
 In terris Regem populus: compage soluta
 Corporis, ad Superum sedes, stellasq; renises,
 Ornabisque aliquod fidus, propriumque dicabis.

Iam tu magnorum decus, & Rex maxime Regum,

Paucula qua mitto placida simul accipe fronte,
 Quoque fauore soles minimum cumulato clientem
 Sambucum: meritò tanti qui incensus amore
 Principis, hac offert domino non digna potenti.
 Sed mitem noui facilem expertus q̄ subinde,
 Oro, clementi aspicias munuscula vultu,
 Qua lusi nuper, postponens seria nugis,
 Gandaui in clara generosis ciuibus urbe,
 Hospitio celebri, secessu & semper amico.
 Suscipe dum maiora paro, tua facta subaque,
 Et pleno memorem virtutes gutture summas.
 Vndique nam curio, laudi quod seruiat olim,
 Non ullis ego, quod possum, nec sumptibus, Heros,
 Nec grauibus parco, nec cedo laboribus usquam.
 Aut terra, aut pelago, mihi bibliotheca paratur
 Dum exigua, & veteres num̄os, & marmora cogo;
 Vi valeam ingenti prodeesse clientulus, atque
 Illustrēm patria res gestas, commemoror aui.
 Quidquid erit studiū quod colligit, optime Princeps,
 Subiçiam rediens ego tanta numinis aura.
 Qua precor, aspiret coepit, & littore s̄istat.
 Vnde, vale, Hesperij, Eoi & mirentur, amēntque.

T.M.Clientulus minimus
 Sambucus.

Memor



Q V E I S peperit dignas olim victoria laudes,
 Solemni pompa hos excipiebat amor.
 Roma suos voluit Capitolia celsa subire,
 Atque triumphantes concelebrare Duces.
 Curru at appensum crotalon tulit, atq. flagellum,
 Posit hic aduersa sortis ut esse memor.
 Bulla etiam collo βλαντ, rerumq; salubre,
 Quaq; cauere decet, symbolon utile erat.
 Tres quoque Alexander nolas, sauvumque Leonem
 Gestabat, ne esset strenuus absque metu.
 Quam facile in luctus mutat fortuna triumphos,
 Es victor serui conditione venit?

A S FORTU-

*Fortuna est memor semper fortuna in utraque,
Non facile est aqua commoda mente pati.*

In copia minor error.



*CALLIDA verrit humum longa vulpecula canida,
Irrisit nimium simia ænusq; onus.
Subiicit at vulpes prolixè turpia malle
Abdere quām nudas semper habere nates.
Caussa fuit melior vulpus: superesse quod ornat,
Et prodest, satius quām caruisse nimis.
Prodigiis in virtute minus est, quām prorsus auget,
Virtutis potius congruit ille mœda.*

Con-

Conscientia integra, laurus.



PRO N A virens calum specto, nec fulmina terrēt,
 Ob scelus excelsa qua iacit arce pater.
 Quin etiam foliis crepito, Daphnēmque perusta
 Nomino, quam domini sollicita uis amor.
 Conscia sic munit virtus, & labo remota
 Conditio superis grata, virēnsque diu est.
 Haud voces hominum metuit, non ignea tela,
 Qui niaeō mentem cinxit amore suam:
 Non hanc Eumenidum furor, aut agitabit iniqūe
 Tristus, & insonti non adeunda domus.
 Candidus hoc etiam senio confectus inertis,

Nos

Nos monet, ut presso gutture cantat olor.
Purus congrederitur socia, mox perluit unda,
Et cano mores rite colore refert.
Penitent illicita quem vita, & conscius error,
Non perit, aeternis concinit ille modis.

Vera

Vera amicitia.



Et calo & terram anibus cor utrinque tenetur,
 Externa nunquam quae dirimuntur ope.
 Est in amicitia suavis concordia rerum:
 Nec potis est fictos, aut violenta pati.
 Nam virtute coit, simulat nec enormia lucra:
 Hac ubi deficiunt, debita nulla fides.
 Nullus amor durat, nulli comitantur honores,
 Et quamuis causa dissoluere leues.
 Sed nec in humanis consensu firmat amicos,
 Sint opus eterna religione pares.
 Quis sua committat Turcis, quo foedere tutus,
 Qui diuersa colit Numinia, fngit idem?

Quæ

Quæ profunt nōn temeranda.



V T I L E quod vita est, semper honores,
Et meritas laudes ritè meretur,
Nec leuiter cniis proiciendum:
Quæ sacra sunt porcis, man' en cura,
Nec pretium nonunt quid diligere
Sunt segetes, rancùm bofie opimam.
Saginam cumulant, ventris onusque
Ergo suos testè sacrificabat
Frugifera quondam grana verustasse
Semper èr' à bobia continuit se
Agricolis, quorum maximus et fuis.

Nil

Nil omni parte securum.



A L I G E R O S *Ibis colubros auertit ab oris,
Tetrior ex ouo sed basiliscus adest.*
Hanc adeò Ægyptas coluit, sibi præsidiumq;
Delegit contra lethifera Æthiopum.
Nil est perpetuum, nil omni parte beatum:
Et venit utilitas concomitata malo.
Si prohibet longè quatristia fat a minantur,
Adiicit è proprio non leuiora sinu.
Vera salus calo: hic nullius & integer usus:
Istic quoncessat ver, viget amne decus.

Ma.

Malum interdum simili arcepsum.



Quae mutatio, qua vicissitudo
 Rerum & mixtio? frigus en calorem
 Gignit, humidaque igne sicciora
 Nobis è pelago feruntur. ingens
 Amorum Dea Cypris extitisse
 Undis dicitur, hac Iouem, poloque
 Quotquot numina, vertit in furores:
 Gnati tot properis, foco subinde
 Accensis leuiter suis sagittis.
 Num tale Africa prodidisse monstrum
 Quiuit? si soboles potest aquarum

TANUM

Tantum, quid facient foci perennes?
 Quanam frigora sapient perustum
 Cor, & membra liquore temperabunt?
 Sed nunc consilium patet roganri,
 Exortum unde malum est, leuationem
 Quaras, hac medicina tot periclis.
 Multos atque siti leuauit olim.
 Ignis nam perimit, se editque tandem,
 Quando pabula non habet suprema.
 Amores igitur regas amore,
 Flamas & facibus necesse ueras.
 Sic ortam Venerem mari fatebor,
 Et contraria noxiis fugari.

Cur Venus è spuma?

Sunt bilis atre flamina,
 Qua nos crient Venerem, sed in breuissimam.
 Sic bulla gignit Cypridem;
 Breuis est enim cupidinis suauitas.
 Vel salsa, quod salacia,
 Vel quod venustum, ac elegans salsum vocant.

B

Super-

Superfluum inutile.

Ad Vitum Rechnicz.



DIVITIAS repto veras quas exigit usus,
 Et fortis insignem, quam dat habere Deus.
 Porrigit en quantum bos laesus ponderem linguam,
 E linguis nulla est sed crocodiles ibi.
 Est gruibus, cygnis, anser tibi care, mihiq; eis
 Collum, non sitiens an opus ales habet?
 Cuique suum tribuit varium qui condidit Orbem,
 Quique dedit totum, parte decesserat.

Quæ

Quæ sequimur fugimus, nosque fugiunt.
Ad Philip. Apianum.



QVID semper querimur deesse nobis?
 Cur nunquam satiat fames perennis?
 Handres nos fugiunt; loco solemus
 Ipsi cedere sed fugaciore.

Mars nos arripit antè quam lucremur
 Tantum quod cupimus, Deum & precamur.
 Vel si rem fateare confitendam,
 Res & nos fugimus simul fugaces.
 Ne sint diuitia tibi dolori:
 Ac veram statuas beatitatem
Firmi rebus, in asperaque vita.

Vniuersus status, ἡ λαοχρατία.



FORMICAS homines factas dixerunt poëtae,
 Sensus inest aliquis, prouida cura mouet.
 Sed sine iudicio concurrunt lege soluta:
 Et glomerat montes paruula turba suos.
 Cōmouet has quiduis trepidas, Duce, Rege carentq;
 Ordo tenet nullus, sollicitatque furor.
 Has turbant sonitus, apibus dum rusticus aptam
 Constituit sedem, & conuocat alueolis.
 Quum coēunt ciues sine legibus, imperiumque
 Omnibus aequalē est; ius, gladiusq; silent.
 Et nisi seditio populum vexatque tumultus;

Premia

*Pramia nulla bonis, libera poena malis.
Ut tempestates turbo praludit arenis,
Horum conditio mobilis, atque status.
Hos fuge, tranquillas si quaris figere sedes,
Nem penibil firmi res popularis habet.*

B 3

Form-

Fortuna Duce.

Ad Hieron. VVolfium.



SVNT binz hic cista, quarum tenet altera plumbum,
 Auro sed granis est altera, neutra patet.
 Optio si fallat, plumbum ut pro diuite coccus
 Arripias auro: quis tibi caussa mali est?
 Hinc quibus ingenium est, multos fortuna retardat,
 Non dignisque refert pramia iniqua virus.
 In domino non est semper ditare fideles,
 Culpa, nec immeritos zot cumulasse bonis.
 Nam quos fatigant, metas contingere fixas,
 Et misera nequeunt se relevare mora.
 Sed neque Fortuna est quidquam, nisi opinio vanas:
 Quam merito spernis, vincis & iugendo.



MAIOR sit pietas sanguinis, atque amor
 Fratrum, quam imperij dinitis & Tagi.
 Illis hac etenim premia seruiunt,
 Et dignus decorant laudib[us] affectus.
 Virtutes opibus quis neget omnibus
 Prestare, & superas inferioribus
 Auras esse magis numine laudeisque
 Completas, nisi sit cecus, & impius?
 Lycurgus voluit eructare posthumo
 Fraoris sceptra, sibi debita protinus.
 Sed duxit satius subducere legibus
 Firmando, imperij quam effecupet fui-

Plus quam Diomedis & Glauci permutatio.
 Ad Paschatum Hamelium.



NUPER Astrologus satis peritus
 Iussus nomine Principis videre
 Culum, mox pluuias fore, ac tonitru
 Dixit: sic remoratus est volentem
 Venatum proficisci et iuuentam.
 Sed cum nec pluiae, minus tonitru
 Venisset, properant foras subinde,
 Mendacemque adeo increpat Magistrum.
 Princeps in reditu videns arantem,
 Qui rastris minuebat & cylindro
 Glebas, num pluuias breui futuras

EHNIA-

Putaret, rogat. ille mox petentis:
 Viginis nihil bis ait diebus.
 Euentus quoque dicta comprobanit.
 Princeps Astrologi suis cylindros
 Instrumentaque queis solebat astra
 Meziri, rapit, & dedit ferenda
 Vastruricola domum: inbetque
 Vicissim istius hic ferat cylindrum
 Pro astris, rastraque sedulò colenda.

B. 5

Quæ

Quæ ante pedes.



Quæ gallina sibi concredita viderat oua
 Ex sorbet, nullo pignore spemque leuat.
 Hac sibi, non aliis in seruit, nulla futuri
 Cura minus sensum posteritatis habet.
 Hoc vitium est multis, qui nullo parta labore
 Consumunt, reliqui temporis immemores.
 Vbera que sanguine vacca multbris proprium & lac
 Preripiunt; cur his pabula latas feras?
 At nos non solum nobis, sed viuimus ortu
 Nostris, & patriæ: secula quoque ferent.

Mole-

Molestia vana.

'Michaëli Sophiano suo.



*M Y R M E C I D E M nemo potuit superare molestia
Inuisisque opere at commoda parua rulit.*

*Quadriugos tenui curruo forma artisque finxit,
Quos alitezores paruula muscaruis.*

*Quique apis alarum minimo fub tegmine vela
Abdidit, infandum, sed leue fecit opus.*

*Quid innat artifici tantum valuisse labore,
Niprosine, oculos effugiantur nos?*

Nenium

Nimium Spes.



si pectat lumine Phœbū,
 inter, cæsus abit.
 aditum addere lucem,
 vultus sollicitare Deum?
 ne tales præstare Tonantis,
 missum acutum, nam superare solet.
 inane, & donata sorte beatum
 modique veluisse, fuisse puta.
 consummata Phaëton tibi regna suprema,
 quæ deuidit atque polis.

O

Oὐ χρὴ πανύποχον ἔυθετον, &c.



EXERCITVS curam gerens somnoleuis
Est nec profundè dormiens:
Sotiosus semper, & paratior
Ad arma primus prodiens.
Marias celebrestulit Macedo vigil,
Trophæa maxima.
Nunquam passus est se comprimi:
Altera globus manu
Cœlum incidebat vesculum,
Nox se colligens.
Minus nec Casar,
Slas vigili vices.

Consilium.



NIL firmum sine lege stetit, studiisq; verendis
 Consilio pacem, bellaq; iusta rego.
 Quod sine iudicio prudenti, & suscipit arte,
 Federa sint, moueas seu quoque bella perit.
 Militia doctrina valeat, sanctusq; Senatus,
 Atque domum tutam conditione tenet.
 En brevis à rixis concordia, dissidiūmque
 Fit longum è socio pectore, nicaueas.
 Attica concessit belli sua sceptra Pericli,
 Tyria, & Sophocli sic quoque Sparta Duci.

Pax

*Pax melior cunctis, te copia poscit amoenam:
Tu reparas primos, te finis intereat ager.
Ergo secessus Cadmi, cultaque sorores
Et viuane quosquos litera docta fouet.*

Peri-

Periculum in promptu.



SAEPE malum expertus tacta torpedine conto est
 Piscator, rigidam dum trahit ille manum.
 Sit licet in fundo piscis, nec corpora tangat,
 Per quod contiguum est frigore, sauit iners.
 Sic latitans leuiter, pradam quoque cogit arenis,
 Dum reliquos pisces illa rigere facit.
 Fatales veniunt casus, sperataq; nunquam
 Damna, licet caueas, effugiásque procul.
 Nil sine fraude agitur: quauis latet anguis in herba,
 Nec metuenda solent impediisse magis.

Inte-

Causæ inuestigandæ.



*MACHINA rur obelo fundetur, quaris amico,
 Et velit inuersa conspicier facie?
 In promotu caussa est, se celsa cacumina propter
 Faſtam. parte tamen sed meliore premi.
 Nemo sustineat quid molem pensat ab imo,
 Et mouet hic tantum conficiendus apex.
 Vera hac signoras, sunt fundamentalaborum,
 Hisque vetustatis post decus attribue.
 Non forma ſolum nos, egr. ſpectacula vulgo
 Commoueant, cauſtas ſed quoque ſcire velis.*

C

Impos-

Importuna adulatio.



MAGNVS Alexander patulū qui subdidit Orbem,
 Ut natus esse crederetur ē polo:
 Illius effigiem insignem picturus Apelles,
 Addidit adulator trisulca fulmina.
 Sed nimium fuit hoc, & res suspecta modestus
 Habuit reprentores negotij lcuis.
 Lysippus plastes qui Regem duxerat aro,
 Hastam decere nam magis Reges ait.
 Iulius exceptus vīctor, non Regis honores,
 Vult imperatoris sed usque nomina.
 Fulmina mortales terrent, sunt fulmina calo.

Beni-


*Benignius Reges agunt, & Principes.
Conuenit his agis, præstans & Palladis hasta,
Insigne verum herois istud inclytis.*

Vtilitatis ergo, limax.



*D*VM latitans domiporta vagor, mensasq; paratus
Orno, vel in Venerem luxurio sa vocar:
Omnes certatim redimunt, me colligit usus,
Delitis nequeo tum exsaturare famem.
Deposui quando concham, (qua grata voluntas)
Proteror, aut risu sapè reuoluor humi.
Donec profueris, se quilibet addit amicum;
Casibus aduersis mox violatur honos.

Ad Andream Sbardellatum Episcopum.



Quae volat aereos montes, super ardua recta,
 Findit, & ancipiti fertur, abitq; via.
 Nunc sublime petit medium nunc aduolat oris,
 Et Louis imperio digna videntur aitis.
 Praesensio morbis, aut lictibus altera nuda
 Nititur & superast tentat adire plagas.
 Sed frustra tentat, licet haconerantibus alio
 Liber sit, quamuis illa minus q; leuis.
 Alatus potus est nubes, aquaréve calum,
 Implamis nusquam sed Louis ales abit.
 Non leuitas tollit, nec onus nos deprimit omnes,
 In medio tutum conditionis opus. Beni-

Benignitas.

*Ad Georg Drascowitz Episcopum
Quinquecclsiens.*



Q V A N T O plus terra effoditur, scrobs crescit hia-
 Et tumulus maior prominet indicio. [tu,
 Diuitias aliis si quis communicat amplas,
 Non fit pauperior, statq; benigna manus.
 Dispereant quorum numi prenumine habentur,
 Vicinisq; negant omne fontis aquas.
 In tenebris cur non capiat sibi lumen egenus,
 Num fit flamma minor? num quoq; terra satie?
 Koiū φίλων dicas, si Crœsingentia tractes,
 Aut bona Pacfeli, possideasve Tagum.

Subitæ diuitiæ obliuioſe.



CVM nos diuitia erigunt superba,
 Et fortuna beat vel otiosos,
 Obliviscimur impij Deorum,
 Nec fors adiuhat indigos sodales.
 Ara thure vacant, foco & decenti,
 Nec venturaq animus videre cactus
 Dignatur, tumidi aut maris procellas.
 Securi nimiam sed in profundam
 Labantur foneam, gratiæque poenas.
 Si fortuna igient fons secunda,
 Illam dñeſte temperate mœſtis.

*Vt prorsus dubiam, & rota volucrum:
Sic posthac leuis feres nouercam.*

Ars deluditur arte.



*I N S I D I A S Nili V̄arus dum tendit inanes,
Et metuit predam se fore rana, cauet.
Quippe statim accurrens, ubi copia arundinis extat,
Denibus accisam praripit, ore tenet.
Sic prousam à V̄aro predam transuersa trahunt
Cannula. sic inhibans luditur arte fames.
Haud igitur veterem repetit limosa querelam:
Decipit & magnos infima turba viros.*

Sobriè potandum.



*M O N S T R A alit Ægyptus, Niloq; latentia passim
 Sunt mala, non tutum ut sit posuisse sicut.
 Id canis expertus, simul ut sitis urget amara;
 Non properat gelidis mergere guttur aquis:
 Sed leuiter fauces adhibet, lambit q;. cauendo
 Noxia ne potans amne venena trahat.
 A multo refugit potu, e. tetigisse paludes
 Sufficit, hoc vitam sustinet ille modo.
 Foedius hic peccant, sine qui discrimine semper
 Implentur cyathis, brutaq; se efficiunt.
 Ingenium ouertunt, rixus agitantur iniquis,
 L'orma refers homines, sed rationis egens,*

Sors

Sors audaces invitat.



Ut ira segnes interim leuis tiet,
 Audentius ruant in hostes ut suos:
 Sic sors mouet minus feroceis impete,
 Vi promptius fortis magis se deterant.
 Quis Hectori se opponere ingenti studet?
 Haud Nestor annis obsitus, lingua potens,
 Nec inclytus Gracorum Achilles optimus,
 Qui rot trucidarat sibi hostes obuios:
 Ajax sed est, cum lectus inferior, statim
 Armatus effert in superbum se Hectora:
 Nec cedit, ambo donec astu sint pares,
 Vt ergo fessus symbolum alteri cedaret.

Minuit præsentia famam.



*Nix stat inaccesso qua montis vertice, nullis
 Sint licet urgentes, funditur à radiis.
 Ut valeant vires, iusto est opus interuallo;
 Fitque reperclusus fortior usque calor.
 Quid, quod in humanis minuit præsentia famam,
 Profuit obscuro ac delituisse loco?
 Prodidit ignaros audacia, quos ve φιλαύτους
 Dicimus, at timidis nec licet esse nimis.
 Multi quos studium, & commendat Pallas amica,
 Dum sacrae vigent, publica scripta premunt.*

Laus

Laus in fine.



*L A U D E M tulit non qui incipit, aut mouet
Insigne opus, nam quilibet id potest:
Finem sed imponit supremum,
Hic meritos referet triumphos.*

*Vlyssem Homerus sic πλάνης ον, ερ
Victorem, Achillem nec vocat grauem.
Ajax licet sit strenuusque,
Non tamone hos dedit illi honores.*

*Exercitum unus nam insuperabilem
Turbabit, at qui compoavit Deus
Est solus, hic nam sanguentes
Imperio moderatur equo.*

Res

Res humanæ in summodo declinant.



IN medio librat Phœbus dum lumina calo,
 Dissoluit radiis, quae cecidere, nubes.
 Cum res humana in summo stant, sapè liquefcunt:
 Et nihil aeternum, quod rapit atra dies.
 Nil iuuat ingentes habitare palatia Reges,
 Conditio miseros hac eademq; manet.
 Mors aquat cunctos, opibus nec parcit in horam,
 Verbaq; dum volitant, ocyus illa venit.
 Heu, leuiter ventus pollit nos omnis inermes,
 Concidimus citius quam leuat aura rosas.

Sus

Sus luteula sequitur.



VNC TIS trahuntur qui culinis, aut penit,
 Veniunt libenter ad paratus Erodapes :
 Mores heri, & vocantis hos opus sequi.
 Blandus adulator modis nam pascitur,
 Consuetus & libidinum suauibus
 Coire coetibus : videntur haud secus
 Agere, sues quam qui domum emptas promouent,
 Pedibus ligatas : nam ssn. ul vestigia
 Coguntur hinc & inde per crenum, lutum, &
 Quascunque per vias vocantur, consequi.
 Si vnu probatus esse, amato qua bona,
 Es pura : non mendacius beabere.

Semper

Semper ignauus.



B V F F A L V s à stimulo nequicquā motus acuto,
 Lentus ad Agricola verbere pergit opus.
 Indocilis semper densa acute spernit habenas,
 Et prater molem nil nuxb de gue habet.
 Quem vis ingenij præstans, studiumq; laborq;
 Deficiunt, num quid crebra flagella iuuant?
 Cochlea sit gressu malo, quam penniger ales,
 Quem cogas, leporem aut fuste sequare canis.
 Mitigat haud ullum tempus qua prandial lambit
 Muscain, nec minus ac semper hirundo fera est.

Poëti.



QVIDVIS cùm recitem, consecter seria, ludos;
 Nilest tamen proprium, imitor sed omnia.
 Et veris soleo fitta, his miscere vicissim
 Vera, ut queam pulchra esse serio, et iocis.
 Nec quod proposui, narro ordine: verba, figura
 Sunt libera nobis magis, quam ceteris.
 Non mibi materia aut pannus, deest unica forma,
 Vestusq; singularis, induor tamen.
 Ars sed enim maior varie aptam nectere vestem:
 Videor iners, sed artificiosissima.
 Non meas sum, fingor, celestis spiritus intus
 Agit, nec omni quod velim sum tempore.

No. v.



SIMIA dum laqueos imitari stultadolosos
 Instat, se insidiis concipit illa suis.
 Singula qui inquirit sine causa turpiter errat,
 Et πολυπεργύμοσύη se in sua damna vocat.
 Quidiuat excipere hos illos, confingere velle,
 Ac leuiter nugis prandia opima sequi?
 Magna licet tulerint interdum munera cura,
 Immodica fatuis sed nocuere magis.
 Sutoris nocuit quoque simia stulta aberne,
 Pracedit propriam, ficta sequuta culam.
 Qua tua conditio poscit, moderare libenter:
 Dumq; iuuas alios, sit tibi cura tui.

Diui-

Diuitiæ inutiles.



Quae celebris fama cunctorum per volat ora,
 Est Platanus Xerxis, nulla cicada latet.
 Aurea quid prosunt, si non pandantur in usum,
 Atque ferant miseris subsidiumq; malis?
 Non ego delicias reputo, nec munera rara;
 Condita sint, imi si lateant q; locis.
 Ex opibus tanti cur nolim parte sodalem,
 Et notum cana iure leuare fide?
 Heu stultos, qui se inuisos fecere negando;
 Magnus enim, qui dat, si capit inde nihil.
 Viscera si terra scruteris, copia quanta
 Se offeres, indignè quam premit omnes specus?

D

Docu

Docti ignavos reprehendunt.



INTERPRES Diuum Latonam ad siccas fluentia
Corripit, ac vittam cedere posse monet.
Armis nam exuerat Iuno, lachrymosa querelam
Dedecus ad magnum pertuleratq; Iouem.
Mercurius valet ingenio, mandata per auras
Dicit memor eloquio nuntiat usque potens.
Immemor at contra Diana obliuio nomen
Indidit, humida enim & frigiditate leuis.
Quod vero ad Xanthum fuerit lis ort:a, docemur,
Sit potior mixtis humiditate calor.
Spiritus è tenui fomento nascitur, humor

Alg-

*Algidus ast prohibet, vel remoratur eos.
In cunctis etiam superet vis ignea, vitam
Hac largituren im, non sine temperie.*

Remedium tempestivum sit.



*Quae nocitura pueras colibe, næ occasio calua est,
Serisque præuisis sape fenestra patet.
Per rimam inseruit quando caput anguis hiantem,
Quid prohibet caudam quin etiam ille trahat?
Principuè à tergo si instes, noceasque casuendo,
Et primis addas partibus auxilium.
Occuras subito, tardè medicina paratur.
Cùm paries ardet proximus, vistaruunt.*

D 2

In

In secundi consistere laudabile quoque.



*O R P H E V S lyra valebat,
 Olor sacérque semper
 Fuit, suave cantans.
 Post hunc bonisque Homerus,
 Philomela cui dicata est,
 Tumquam loco secundo.
 Sed rectius secundum
 Illi locum dedissent:
 Nam ut Psittacus meretur
 Primas, loquax secundas
 Pica, iste vincit illum.*

Hoc

*Hoc Symbolum referri
Ad eos potest, gradum qui
Laudemque non tenere
Primam queunt: sed inde
Virtute mox sequentes.*

D 3

Digitized by Google



C A E O V S amor nunquam ratio quid dictes honesta,

Et quid conueniat, quid noceatq; videt.

Sed ruit, ac fertur, primum illatibile fatum

Donec corripiat, perdat & omne genus.

Quid Niso imperium rapuit, Minoaque Regem

Auxit, quam nata conseleratus amor?

Impia quid lucritulit, an Cretensis amore.

Tot curis tandem fessa, potira fuit?

Hostem qui patria fouet, si que libidinis ergo

Omnia postponit, spretus ubique iacet.

Qua spe soletur metuentes proditor hostes,

Quem cuperet nunquam se genuisse parens?

Indu-

Industria naturam corrigit.



T A M r u d e & incultum nihil est, industria possit
 Natura vitium quin poluisse, labor.
 Inuenit qm casu cochleam, temeréque iacuisse
 Instruxit neruus nuntius ille Deum.
 Informem citharam excoluit: nunc gaudia mille,
 Et reddit dulces pectus mota sonos.
 Curigitur queraris, naturam & fingi ineptam?
 Nonne tibi ratiq est? muta loquuntur, abi.
 Ritè fit è concba testudo, seruit ut ringue:
 In Venerem has digitis, sapiùs illa gula.

Dolus Inevitabilis.



Quām vis centum oculos habet, totidēmque
 ministros,
 A specie veri fallimur, arsq; capit.
 Fraudibus obſcuras poteris remouere latebras,
 Nilq; adeo firmum quin violare queas.
 Quām vigil est Argus! ſepelitur carmine blando,
 Callidus ingreditur pectora Mercurius.
 Qui ſibi ab inſidiis baneat, ſi fraude regantur?
 Non fita quantum preſtat amīcis ope.
 Sed tales (mitrum) paucos hac protulit atas:
 Quisque ſibi vinit, cuncta regitq; dolus.

Dic

*Dic simul occisum custodem, nam solet osor,
 Sunt oculi ignauum quotlibet, esse Deus.
 Denique segnitie mota, & torpore reciso,
 Aeternis certas gloria sideribus.
 Inde suam ornauit caudam Iunonius ales,
 Perpetuus tristis splendor ab ense venit.*

D 5

Ridi-

Dolus Inevitabilis.



Quam vici centum oculos habet, et idemque
 ministros,
 A specie veri fallimur, arsq; capit.
 Fraudibus obsecratis poteris remouere latebras,
 Nilq; adeo firmum quin violare queas.
 Quam vigil est Argus! sepletur carmine blando,
 Callidus ingreditur pectora Mercurius.
 Quis sibi ab insidiis carent, si fraude regantur?
 Non ficta quantum praestat amicis opa.
 Sed talcs (mitum) paucos hac protulit etas:
 Quique sibi vinit, cum ea regitq; dolus.

Dic

Dic simul occisum custodem, nam solet osor,
 Sunt oculi ignavum quotlibet, esse Deus.
Denique segnitie mota, & torpore reciso,
 Æternis certat gloria sideribus.
Inde suam ornavit caudam Iunonius ales,
 Perpetuum tristis splendor ab ense venit.

D 5

Ridi-

Ridicula ambitio.



Quid non ambitio persuadet dedita vanis,
 Dum ex leuibus certum capiat inepta decus?
 An non ex avium canitu, quas gutture nomen
 Fingere consuerat, notior esse cupit?
 His igitur tandem missis ut spargere in Orbe
 Nomen heri possent, atque sonare procul:
 Pristina continuo repetebant carmina sylvis,
 Annonis & votum docta fefellit avis.
 Ficedulas etiam religatas pertrahit esca,
 Stamina si rumpant, liberarura petunt.
 In leuibus quo si firmam ne ponito laudem:
 Solafugit virtus tristia fata rogi.

Cur

Cur sues canceris vescantur.



Sus capitis curat grauiorem sapè dolorem,
 Damcancros, fluisis qui generantur, edit.
 Collige verborum qua sit sententia paucis,
 Singulanam profunt moribus apta bonis.
 Qui vitiis seso dedunt, & prava sequuntur,
 Ad frugem nunquam mens nisi versa reddit.
 Est opus inflectat vitam contrarius ordo,
 Atque gradus retrò quomodo cancer, eant.
 Hac medicina leucas luctulentos netare morbos,
 Cousilio ut liquent paenituisse malo.

Vsus

Vsuslibri, non lectio prudentes facit.

Ad Fuluium Vrsinum suum.



N O N doceo semper, non est cur sapè reuisas:
 Lectorem memorem pagina nostra facit.
 Possidet ingentem numerum qui vendit aurum,
 Doctior at nunquam bibliopola fuit.
 Perpetuò si nos verses, relegásque seneus,
 Si non utari, contineas ut memor:
 Nunquam proficies, periit labor, atque lucerna.
 Officij hoc nostri, ut te moneamus, erat.
 Id quoniam rectè noras doctissime Fulvi,
 Imprimis veteres te erudiere libri:
 Horum tu numerum insignem rarusq; tueris,
 Ingenio

EMB I E M A T A.

Ingenio multos restituisque libros.

*Id quoque del citi Sambucum, & tota vetustas
Prosimus, quibus est copia fortè minor.*

De obliuione & ferula Baccho dicata.

Odi memorem compotorem.



*Odi symposij memorem, dubia & simul
Litis: nam calices volo, verbaque libera,
Ludos atque iocos niae pectora candida.
Baccho recte igitur veteres Ferulam dicant,
Oblitumque cor, ut penitus fileant, suos
Aut laj*s* socios leniter modo puniant.*

Vel minima offendunt.



PARVÆ etiæ cauſſa magnos in damaνa vocarūt,
 Scrupulus incepturn nōnne moratur iter?
 Ingens è Ponto pīſcis defertur in Iſtrum,
 Husonem vulgo Pannonis ora vocat.
 Parvulus aduerso nare hunc quoque flumine cogit
 Sturiolus, noſtras hoc cumulatque dapes.
 Quām leuiter preda potitur pīſcator amœna,
 Dulcibus equoreau dum Huso relinquit aquas.
 Sic furem, longis artem qui exercuit annis,
 Mica ſalii meritam cogit adire crucem.

Varij

Varij hominum sensus.

Ad Franciscum Forgaz Episc. Var.



Q VAE D A M anus in sacrū portabat crania collē,
 Ossibus humanis ne minuatur honos.
 Sed titubans a grīs pedibus cūm verticem adiret,
 Concidit ac varium crania versat iter.
 Illa videns labi diuersē cuncta retrorsum,
 Quodque adeo discors semita ferret onus:
Quid mirum si tot sensus, quot in orbe figura
 Sunt, sit, in viuis, num ossibus una via est?
 Nonne iecur Tityi restat, subito quer renascens
 Exercet varie qua laniabat, auem?
 Sic dum nos tellus induitos mole dolorum
 Detinet, anticipi mens uaga fersur equo.

Tempo-

Temeraria ignorantia.

Ad Bartholom. Marlianum.



M V S C A E sunt temeraria, & molesta,
 Lambunt prandia, nec mouentur acta.
 Has ut fortis, & inclytus repellit,
 Nec suffert; ita litteras colentes
 Constanter studiis loquacitatem,
 Ignaros, temerariosque vitant,
 Audaces temerè mouere quidus,
 Aurésque obruere elegantiores.
 Ceruus cornibus abdidit relictis
 Se, marémque piget, mage est pudicus.
 Sic quos expoliunt nouem sorores,

Et

*Et florent solida eruditione:
Hos sanos videoas, parum & loquaces,
Nec nugas modò venditare inanes.*

Spes certa.



*P A S S I M mortales spe seducuntur inani,
Ludisur & vanis non temeranda fides.
Quid magis est ouis dubium, fint candida quamvis,
Nonne mouent stomachum, damnaq; sape ferunt?
Si gallina tamen genitali his incubet igni,
Ac foveat presens subdit a dona calor,
Ceterius an quidquam pullis, & fœnore viuo?
In suis igitur spemque decusque loca.*

E

Inte-

Interiora vide.



FORMA sibi præstans, oculi cum sidero certant,
 Atque habitat toto corpore pulchra Venus.
 Sed vitiis animus, mens undique, corpore toto
 Atque sinus pleni, mixta venenata latent.
 Est manus ad cadem præpta, ad periuria lingua,
 Lumen, frons meretrix nec pede tutus ades.
 Quam male Mercurius doles cum Cypride iunxit,
 Æstusq; uite nil color intus habet.
 Ergo puer multum soli nisi fide coloris:
 Ni probat hunc virtus, qui mihi pulcher erit?
 Virtus

Virtus vnoita valer.

Ad Principes Vngaria.



N I L mare corrumpit, salsum à putredine tutum est,
 Multaque perpetuis motibus acta, vigent.
*S*i tamen in fossas derives, atque paludes,
 Vim patitur, dotes nec tenet inde suas.
*D*ulcibus amittit vires nitrique vapores
 Exhalant, quoties mutat origo noui.
*P*lus unita potest virtus, dispersa labascit,
 Atque suo durant qualibet apta loco.
*P*ignore commutat suauit transflata veneno
 Persicus, & tutis carpitur illa gulis.
*F*luctibus in mediis patria toci cladibus acta

Concordi proceres subueniat is ope.
Nec vos exosa mentes, propriaq; salutis
Oblita exagitent, & nota turpis alat.
Harridas memores, ac Regis quaso Marshia
Estone, ad quorum nomina Turca tremit.
Diuersum ne vos studium disiungat inique,
Colligat in patria vos amor unus opem.

Impe-

Imperatoris virtutes.



Quae ratio belli sit, qua virtute Ducemque
 Instructum cupiam, si præstet fortibus ausis,
 Ni piget, en breuibus declarat symbolon istud.
 Consilio celerem decet, eloquiove potentem
 Esse Ducem, ut caueat, tardos, Martisq; perosos
 Exacuat, regat, inflectat sermone suäui.
 Cùm proprium est paret arma nocet cunctatio vanæ,
 In fractu: q; animo reliquis præcurrat in hostem.
 Anguibus & studium pacis, foedusq; notatur.
 Nihil tamen hac prosunt, vacua est q; scientia belli,
 Si fortuna nocet, pulchros confundat & orsus.

E 3

Absit

*Absit auarities, dominetur nulla cupido,
Principis ut sequier possit vestigia miles,
Quem videat propriis parentem legibus usque.
Hanc fore victorem credas, dignusq; triumphis
Imperiisque ferentem aut venienti bonores.*

Phy-

Physicæ ac Metaphysicæ differentia.
Ad Carolum Vtenhouium.



NATVRAE multa est cognatio mobilis, atque
Prodiit eternis, illaqs nosse monet.
Est etenim fatus velut genitricis amica,
Sed patitur, soluit tempus edax qub breuem.
Quidquid enim regitur, proprio nec nititur ortu,
Compositus abeunt partibus, atque iacent.
Illa sed excelsa manet, & stat sede perennis,
Temporis ac nullis motibus obiicitur.
Otia amat, mentem pascit, non utilis omni,
Huius tu sobolem sed cole præcipuam.
Vigil solens tun vitam cumulare benignè,

Tois metàsic φυσικοῖς prefero ego φυσικόν.
 Illa tibi effigies monstrabit dextra, manusque
 Accipitre aërio prouida templo Deum:
 Altera pars grauius est elementus atque caducis,
 Et Vestar templo qua tibi Terra fiet.
 Attamen his potior cunctis sit religionis
 Semper honestem dirigat illas tuas.

Dum

Dum potes viuc,
Ad Achillem Bockium, tanquam
parentem, de sepiā



SEPIOLAM dum venatur piscator auarus,
 Hac ludit fuco prompta liquore manus.
 Obscurilatices sic condunt, cernere tectam ut
 Atramenta vident, abdita tutæ natet.
 Sic quibus in promptu modus est defendere vitam,
 Cur non effugient, séque tuentur ope?
 Donec qui calo hanc animam demisit ab alto
 Nos vocet, ac tenebras mutat honore graues.
 Displacet immatura Deo mors, nulla potestas
 In vitam, supera quod datur arte, tibi.
 Polypus euadis, vario dum ad saxa colore

*Se induit, atque alias iniicit usque mors.
Tu qui præstiteris tantum, possisque libenter
Ingenij nobis des monumenta tui.*

Dulce venenum.



*DVM coit in suauem mas usum, viphera hiulco,
Si non vanas fides, excipit ore caput.
Post ubi se satiant, & consuetudine longa
Impleuere, viri præsecat ore caput.
Luxus suauem malum, non sentis, pascit edendo,
Cumq[ue] bonis vitam sustulit ante diem.
Quid mihi post mortem natorum illa ultio prodest,
Quod matrem nixus corripiere necet?*

Gene-

75

Generosis DD. Marco & Ieanni
Fuggeris fratribus.




LILIA Fuggeris donant certissimus autor,
Hac, ait, aternūm non modò vere tuli.
Quicquid & addiderit virtus, tempusq; serenum,
Compositis sit idem ius, sit honosq; volo.
Spes fuit, hanc cumulant virtus, & fama perennis,
Arma domus propria hac nobilitatis habet.
Divitias virgo dedit, haud temerarius error
Fortuna, idq; docet largior usus opum.
Nam quibus h& causis veniunt, commercia digna
Orsibus, & laudis nomen habere solent.
Vinitate concordes linguarum dotibus aucti,

Crescite

*Crescite multiplici semper honore patres.
Inuidet nemo, noceat minus osor iniquus:
Assiduos meritis vesper, & ortus amet.*

Otium sortem exspectat.



*COLLE molandinum paruo statuere parentes,
Ventus ut exagitet, farraterantque mola.
Omnibus ut vitam auxiliis ars protegat, ornansque,
Opprimat incautos ne diurna famas.
Ait ratio melior quum suppetit unda perennis,
Flabraq, dum desunt, ne rotacesset iners.
Ventisona ignavis similes, quibus otia cordi,
Dum sortem sperant, ingenioque vacant.*

Epidemiz

Epidemiz̄ potior cauſa.

Ad Ioan. Baptiſtam Rozarium.



TETRAM nimis describit, ac luem grauem
Graiugenūm proceres trahentem amarulenter, &
Exercitum in dies magis voracibus
Faucibus, atque odio prementem Homerus optimus.
Apollo nam infestus suis radiis potest
Inſicere aërias plagas, nocere plurimum.
Est medicus & ſimul ſolet depellere
Noxia, cum libuit, ſalutis auctor integer.
Sed quod cadebant bestie primūm ſolo,
Tardius atque homines ſenſere tabem post malam,
Erectior quia ambulas, nec ſpiritus
Pestiferos

Pestiferos subito craxere terra in intima.

*Calo hac Achius pœna dignè venerat,
Dum nimium cupidi videntur ultionibus.*

*Sed nos Deum precemur, auertat malum hoc,
Et meritos grauius monere leniter velit.*

Mens

Mens immota manet.



DICITVR interna vi Magnes ferram mouere:
Perpetuò nautas dirigere inq[ui]z viam.
Semper enim stellam firmè aspicit ille polarem.
Indicat hac horas, nos varieq[ue] monet,
Mens utinam in calum nobis immota maneret,
Nec subito dubius fluctuet illa malis.
Pax coecat tandem, Christe, unum claudat ouile,
Liquatque verbi iam dirimatur ope.
Da, sitiens animæ excelsas sic appetat arces;
Fontis, ut ortu: cernens anhelus aquas.

Inuria

Iniuria grauis est omnibus.

Ad Hadrianum Gulielmum Neapolitanum



DVM mollis bibula & scopulis auellitur udis
 Spongia, vim veluti sentiat illa, tremis.
 Quo magis est viuis iniuria, visque dolenda,
 Hinc odium cades, ultio masta, furor.
 Velle uiter contraria nitenti verba minantur,
 Et cessisse parum dedecus esse putant.
 Haurit at us patiens, multa hac distendit & vnda,
 Tristia non meritò sic toleranda bonis.
 Iustus erit vindex cunctorum crimina querens,
 Se bnius qui patitur sustineat monitis.
 Reddet pro factis quantum libet ille modestus,

Impia

*Impia iudicio fex peritura Dei est.
Nilominus studio benè de quocunque mereri,
Officio vincam sic stimulum inuidia.*

Ambitio.



*Quos leuis ambitio inflauit, populiq; fauorem
Muneribus captant, gloria vana subest.
Hosq; utri pleno assimiles, ventoq; tumenti,
Nam arbitrium vulgi semper inane sonat.
Qui tribui veram sibi laudem querit, ineptos
Contemnat plausus, iudicioq; regat.
Virtus aeternum celebrat, pietasq; tuetur:
Laus et laudatis est placuisse viris.*

Deum velle, non cogere.
Ad Ioan. Auratum.



QVICQVID inest nobis, venit altis sedibus, omne
 Teq; iuuat, gratus si modo suscipias.
 Nam velut è calo si pendeat atheris hamus,
 Si fugis, auerso non trahet esca loco.
 Scire libet verum, è nihilo qui cuncta creauit,
 Os homini, & mentem cernat ut astra dedit.
 Hanc aliis sobolem præfert, aeterna tueri
 Atque velit semper iussa paterna sequi.
 Præmia proponit largus, poenasque luendas,
 Non beat inuitos, lenta sed usque mouet.
 Ni propria, & nobis ignota mente legantur

Felices

*Felices, e quos Tartara dira vorent.
At nos, summe pater, tua sit quacunq; voluntas,
Calesti immetitos sede locato, precor.*

Consuetudo prava.



*R E B V S in humanis prepostera opinio vulgi est,
Ac sequitur morem, quem semel obtinuit.
Scindit enim panem ferro: quid n.ollius illo?
Dentibus at duras frangit ab ore nuces.
Ista quidem, fateor, sunt consuetudine facta:
Si tamen excutias, quid nisi stultitia est?
Noxia paulatim reputat, nec protinus omne.
Funditur in lato corpore virus atroc.*

F 2

A Escu-

A Esculapius.

Ad Wolfgangum Lazio polyhistorem.

Quid aenescis Medici referunt insignia veri.
 Noctua, cum baculo serpens, dextraque salutis
 Effigies, pullus, prolixa et barba, galerus.
 Hac Asclepius tribuebat docta vetustas.
 Vim medicinarum teneat, moderetur et arte.
 Sitque valetudo ante oculos, non sordida lucra,
 Hinc vigil et norit casus praedicere morbi.
 Est sacra gallina, ut viatum prescribat amicum,
 Et succo tenerum, vires ut conferat agro.
 Γλαυξ monet et fieri grauiores nocte dolores.
que ad eō ut etiam cinere eius animalis diluto fugari ab igique mures sit proditum, nemo est qui ignorat: nimirum à natura doctam videmus, suspensis alto silentio vestigiis, occultoq[ue] speculatoru[m], & tertio caudaz quam vibrat libramiae, in musculos ex hisse: si autem rem ac superuenientem colloquatur operā, si ea rectam si madorum esse velim: Monet autem symbolem; talus emminuit Suidas, nimia licentia & impunitate proposita i[n]solescere homines. Meritis supplicij scelerosos in officio continet: quo amato aut negligentius obito, incréscit ferocia & sceleratè agendi libido. Verissime dictum erit in Miloniana, maximam ille secessum esse peccati; impunitis specie. Piscatrix possulat geminas musculas, quibus inclusa sunt felis, misericordia agmina liberte chorea circumstet ducente.

N O N hic de ea vigilia nobis sermo est, quam totō triennio passus fuisse legitur immortaliu[m] iste omnifaciēt scriptis: Mæcenas, qui Senni mortis tunc Harris potuit libaminiibus, nullis viciis is. Hec est: sed ad ea quae Demosthenes oratione & principiis orationis fecit; quia antelucanas eadiorum operas praeterreto magna sunt ambitione confuerant. Sed de ea quæ Julianus Imperator noctes dissipatus sois in triplicia officia, quicq[ue] tis nimirum, Recub. & Musarum: sed de aqua Alexander Magnus subiecta brachio senca con-

ebat; tunc ita complosoe pelvis, ubi pilato argenteam manu tractatam; remiserant neci sapore laxati, euigilaceos solebant. Sed de ea quam reutram vitam vocat Plinius; quis in iis præcipue viget, in quibus animus inquietus opere passitur; id quod de te dicit pars membris auribus non aboves. Vigilius vigilans siue, qua inducatur, provinciarum, omnium studiis affidat in uigilanti hac causa non sicut valescit, sed dilatatur; quia ita iusta annis magna cum laude Praesidem confilijs egisti, partaque immortali gloriabitur, neque eam facie præceptissimam cuius nunquam intermorirunt. His fulgor, eodem quo debitis terrarum, et misericordiis inclusus. Propriade, qui veritatem glorie amioit, puerum id est opere humana concedet, et Raptus via comparsae consulendo, existens dico pluribus, horis usus, & fomno temporis furi, aut (ut Aegistus pebas) publico medium vita patrem interuenti, portionem deduxisse. Frugi tanque temporis cum laude dispositores, a morte cima fax immortalis, vere virtus assecuta gloria, non quoniam extinguita comittitur. Symbolum Vigilius vulgari sumum impinge adumbrat, quo hinc libens explicatus diligenter, illuc elephas, temporis parte, adserit, et diu agnito, atque horum, in medio lycophantis, cum ardente face, posthugae glorie testimonio; Libitiae imposita super omnia explicantia sentient. In M. et I. tempore, nimirum anno 1300, olim 1330, illi singulis subreptis.

Emble-

Emblema VI.

*Hexametrum est carmen cum Dactylico Simonideo,
pentametro acataleptico, qualem memoratur:*

Illud à Serlio Honorato.

Barthenopatus erat puer Arcadie deensis,.....
 PIA VS A N D IA s in Atticis scribit Athenis ex-
 stare Pacis simulachrum, Plutum filium gestan-
 tis: quod iterum repetit in Beociois ingeniosè
 fabrefactum à Cephisodoro statuari scribens.
 Est autem Plutes siue Pluto diuinarum dens:
 quanquam diuerfissimos hos esse annotat Lilies
 Gyraldus, manifesti erroris equiuictus vel ipso
 Pausania iudice: apud quem priore loco. Πλούτων
 ἀναδηλός legas; posteriore Πλούτων, eodem sensu:
 Sitquidem Plutonem idèò præfecit diuinis ar-
 quitas, quod ex iisis terræ visceribus, immò ab ipfis
 inferis petantur opes. Non absit illi ratione The-
 bis primaria Beocia urbe, Fortune statuam po-
 sitam legimus apud eundem auctorem, Plutum
 puerum gestantis, innuere volente artifice; For-
 tunam matrem esse aut aliusnam diuitiarum.
 Quod ad picturas attinet: Parfemina pingitur
 mitido volto; ad spectu pulchra; uolens gena totilla
 redimita; laces Atmakhæ corruibilli fructuosa
 genere redondans; ad extra Platum puerum se-
 nens, clausos symbolis, quod non è bello, sed benefi-
 cio pacis crescent opes. Plutes autem puer pingi-
 tur volucr, aureus totus, oculatos, teste Philo-
 strato in Imaginibus, nam casus Pluti significa-
 tio, ut

sio, ut ominosior, ab hoc loco excludenda est.

Emblema vii.

PELECANVM, quem à rostri magnitudine
φάμφιος nominatauctor κατεγράφεις, anonymous, a-
uem paladibus AEgypti peculiarem tradit, proli-
sus amantissimam, quæ pulorum suorum pro-
terviam atque impietatem merita morte vita,
mox facti pornitens; pertuso latere suo, pullos
mortuos vitalis sanguine, quo animantur, irritat.
quod ipsam præter Isidorum commemorat D.
Hieronymus, non eadem tamen fide; quippe
qui pullis à serpentibus enectis id officij præ-
standicant, cum ille ad iniuriam parenti illatam
hoc referat. Nihil virum ingenuè hitteratum ma-
gis addecet, quam circa omacem dissimulationem
tribal occultum premere; quod usque & commodo
esse queat; ita se susque operas commodare, ut
apparet ē fuisum benignitatis sinum nulli, nisi
prostis à Gratiarum limine peregrinus ille sit,
claudero velle. Callimachus Hecalen φιλαξίας
ταῦτα σειγόν habuisse testatur. Cimonis Athe-
nensis andes Laciadis suis patuere: Musarum fo-
rēs ēt impērē portūtātū, protervio teste, iano-
cūtūtū: Vir & inter & humanitatis artib⁹ im-
būtūs; ve illi, ita hic quod sentuletur gnatiter,
hāvenītate nedum benignitare priuacim com-
modus sit; sed & officiis publicē, vt Reipub.-litera-
tiz, vt patrise, vt amicis; vt viris bonis proficit. Is-
magique penitalia simatur sua, nihil abscondit,
ingenij

ingenij dotes; quae varias ad tres à munificentissimo bonorum largitore Deo rynieulique tribus sunt, nem modo non supprimi; sed etiam in luxem profert, totum sedenique effundit. Talema e, Hoppereareconfultorum coryphæc, præstas omnium partis; tales amici agnoscunt, tales e Republica literaria se cōsiderant. conatæ orum ab oculis, otium illud Mensis sacrum interpellatum, cibibus, Principis euris iauoluisse, Joculetias sentire, immortalibus secundissimi ingenij fructibus fruituta. Picturæ ratio noster est, iam ut in ea operam colloquuntur explicanda.

Emblema viii.

sermon est Echorambium, Callimachium, constans tetramætræ. amphibrachyos suis bacchis quoque sit illud:
mipotens Moys genitor Romulida, te venias.
preciamur.

P A S T A M A C A spicis est, quem Gracijs, interpres plerique omnes Turturum peram appellant: Hollandis nostratis ab eata iaculi in modum cauda, pylstaert nominatur. huins radius (aculeum ita vocat Plinius) lethalem præstantemque venenivm habet, boris, quanto muis ramosæ, ac vegetæ, & nissimo frondium virore florentis caudici immox folia defuerit faciat: quo amissio horrendus quoque certime exarescit, neque post sideratæ, atque è solis immenso ardor-

F. , sc. so-

Sed etiam Plinius et M. L. Bura Titius.
rei, sfolique squalore exsiccatae labor sit familius.
Plinius lib. 9. cap. 48. Et lib. 32. cap. 2. huiusc
rei fidem facit, nullum usquam execrabilius ve-
nenum esse assertens, quam sit radius in cauda
pastinace eminens, qui radici infixus arbores ne-
cet. hoc relo patrem Ulyssem interemit Telego-
nus, accepto à Circe mortale exilis iudicio: quam
rem graphice describit Oppianus in Halieuticis,
cum hauc fetim loquaciam vicunque versibus à
enē expressam:

*Nil Trigonis dito radio existialis usquam est:
Martia non tela, aut nigri qua lacte veneni
Spicula Achamenidum tinxit gens aspera bello:
Ubere fter quamvis factu, & frondencibus arbos
Luxuriet rami, veroque viri escas bonos;
Vulnera si tristis radicem puprorid inueni,
Mox labat omnis honos, coma defluit, ipsa decorē
Exit hinc viridem crudeli saucia caba.*

*N*on minus praesens virus haber existialis ac pe-
stifera delatoris lingua; quæ florentes dignitati-
bus euerteat, fortunisque omnibus exutos, ad ini-
citas redigere potest. Fingatur itaq; prius florens,
eiusque trunko affixa adheseat pastinaca: sed hinc
ut radius ille de quo diximus, condici impressus
clare videri queat: *Et emblemata p. x.*

*C*armen est Heroicum Archibatchia secrum metra ca-
talecticō compitatum.

*P*luta & Cnius in libro, quem De silenti-

Pythice oraculis scripsit; commemorat Co-
hi in Oeco (quod adfiscium à Cypselo ty-
po consecratum fuerat) inter templi enathē-
a exstirisse Palmam æneam, cuius ad radices
ulpitæ visabantur ranæ & natices; hydros vo-
. Emblemate isto, tametsi ad diuersum sen-
ibi torqueatur à Diogeniano, innui existē-
à vitiligotibus (libenter enim Catoniæ sa-
cum Plinio vtr) obstreperis ac maledicis
lorum linguis, exitiali veneno armatis, im-
illorum vitas, qui non obliqua, sed recta ra-
z ad dignitates rerumque fastigia emergunt,
niles Rufini, Eutropij, eiusque farinæ alio-
prauis antibus diuitias & honores auicipan-
: quorū conates omnes eo tendunt, ut euct-
ortunis omnibus exuant probos & inno-
s homines; ciaristi innocentia sua freti, ca-
iatorum latratus & inuidorum motimina-
nes facile despuant. Palma ardua, primæ-
obilitatis arbore est, onerumque grauum vi-
frondibus nunquam vidua; quæ opibus ho-
usque pollentes apetissime exprimit: cuius
ices positæ visentur ranæ (quatum rara il-
diosa coaxatione nulli ignota, caluminiorum
cationem haec dubiam habet) & hydri,
serpentum veneno inferiores; si Plinio
ius: per quos virulentus inuidorum alic-
mam incessenium sibilis denotatur.

Emblema x.

Lognæ dicum Archilochium, Ithyphallicum Mārins.

Plocine nominat, cuiusmodi est illud Flacci:

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauori,

Trahuntque siccas machinæ carinas.

P. L. N. G. A. G. V. R. Ego otiosè recubans in gramine non procul ab armento pascente, raptæ prædæ mordicus in hærcens; ita enim solet exanimi ammeto, quantumvis ingenti fame stimuletur, unum pecus distipere comedendum: adstet illi Canis limis feram suspectans, & prædam ingratiss (quod dicitur) oculis frustrâ deuorans. Symbolum optimè quadrat in heredipetas, qui alienis funeribus inhiant, & per mortes incerta spe bona aliena captant, sepius delusi, ut iuuenis ille apud Lucianum in dialogis, quem mors inopina ante senem, cuius funeri propter summas opes imminebat, rapuerat. Competit & in quosuis, qui ambitu tenentur, & sacerdotia aut honores ab aliis possessos venantur.

Emblema xi.

M A M O R I A E proditum est à Diòdoto Seculo Bibliothecæ decimo septimo, & à Q. Curtio, Tyrios eximia religione coluisse Apollinem: cuius numen sibi tutelare ut propitiarent, sibi que modis omnibus conciliarent, tempore obsidionis quam grauem & funestam ab Alexandre Magne expeti sunt, simulachrum eius Dei aurea catenabasi columnæ, cui insistebar, alligasse, ut ille sc

bis; aut veritas, aræ Herculis vinculum illud in-
 seruisse, velut illo Deo Apollinem retentures. Si-
 militer Pausanias in Laconieis refert, peruetustū
 Spartæ existare simulachrum Martis compedibus
 irretiti, quo vinculo proprium sibi ac Republicæ
 perpetuum bellatore in illum Deum, nec unquam
 suæ urbis defortorem futurum, velut in peculio
 obligatum, voluerunt. Neque aliorum Victoria-
 riæ deam, cui pennas dedit, volucremque fin-
 xit antiquitas, ~~κελεγον~~ in uolucrem, alisque or-
 bam & fano & statua decorarent Athenienses,
 augurantes perennem ipsius fore Deæ præsen-
 tiæ, negatis illi aliis quibus auolaret. Gentili-
 tatis deliræ somnium istud fuit, nimis quam su-
 perstitiosum, existimantis quali quali honoris
 obsequiique lenocinio, Deum in veta nostra,
 eaque perfunctoriæ & inutilia pellici, ad modum
 pueritæ, quæ crepundiis deliniri capiunt. Solet; at-
 que ita in ordine in cogi posse. Quare stultum est,
 ne dicam impium ac profanum, purare diuinum
 numen toti moralitati iuuandæ comparatum,
 tam pusillum esse & otiosum, ut palpationibus
 tantum non nostris ac veluti poppyfornis titillatio-
 nibusque cedat & expugnetur. Pingantur tres isti
 dij seorsam in templis concameratis. Apollo ca-
 rena aurea columnæ alligatus: cætera peculiaria
 indicia Fulgentius & Cornutus ista tradunt; nem-
 pe ut pingatur iuuenis, imberbis, capillo promis-
 so aureoque, laureo setto redimitus, cum arcu &

sagittis in dextra, citharam teneat laeva, cum Cor-
uo aut illi sacra adstante. Mars sit compedibus
vincitus, alioqui loricatus, galeatus, pugione ac-
cinctus, flagellum manu tenens, ut Albericus
philosophus scribit; altera clypeum, nudo pecto-
re, ut Isidoro placet, cum lupo animali ipsi sacro,
aut gallo, secundum alios. Victoria, quam apte-
rō, id est in volucrem dixerunt Athenienses, pin-
gatur sine aliis, virago, ut solet, dextra manu pu-
nicum malum tenens, laeva cassidem: nam hac
specie celebatur Athonis, ut Heliodori testimo-
nio confirmat Harpocratius: posteri deinde scul-
ptores alas illi iunxerunt, nimis ut Bubali pater
Anthermus; aut, ut Aristophanis scholia festivit,
Aglaophon Thasius pictor; quam alis aureis or-
nat Comicus Aristophanes illo versiculo:

Αυτίγα σέμενον πίνη πλεύρας γένουσιν,
Μόx aureis pennis volat Victoria. Exstut & Ro-
mæ signulachram Victoriae alis viduum, quæ ex-
ilius tactæ defluxerant; in quod Pompej titulo
epigramma legitur, in hanc sententiam:
Roma caput rerum, nonquam tua gloria obibit:
Nam victrix Dea te haud deseret in volucris.

Emblema XLI.

*Carmen est hexamētrū, cui associatur Alcmanium,
constans trimetro brachycatalecticō, ut est illud:
Spernis decoræ virginis toros.*

*S P A R T A B in templo Veneris armate
signacionem suissē extinxitam, quæ Veneris co-
gnomēd-*

mento Morphūs, à forma (ut apparet) dictat,?
 inf' fuctat sacrata, memorat in Laconicis
 arias: simulachrum erat ex cedro factum, se-
 is habitu, compedibus videt; caput obnu-
 t flammis; siue calyptre; addit Tyndareum.
 curvatum patrem pedicas illas adiungit: caro,
 fidei symbolo, quam maritis deberent uxo-
 etissimam: tametsi illius infelicitas in filia-
 rostitutæ pudicitiae macula famosis, à Ste-
 ro Lyrico prodicta, satisque decantata est.
 & compedes in dissolubilis vinculi coniugalis
 tissimi amoris significatiōne habent. Flatu-
 n. vero (quod futētum est capitit vēlamen-
 & pudoris argumento capiti imponitur, &
 omnis ergo, cēu connubij indissolubilitati
 de pudore declarat Claudianus in raptū Prosa
 x, ibi:
similes sollicitum praeuelatura pudorem
 cantis Phātsalidos lib. 2.
nrimidum nuptiæ leuiter tectura pudorem
titæ demissos velerunt flammis vulnus.
ingui confirmat flammis vīsus assiduus flat
vixori, cui dibortium facere nulla ratione
permiscebant. Sedens autem merito pingil
agæ Veneris odium insinuans. Pingatur
subfello insidens, pedicis constricta, vul-
nusq' obiecto; onda, dextera Cupidinem
*etn' complexa; aggratata mala auræ fe-
 distent illi gemina columbae; atque illi sacra,*
 Cottu-

Coronato teste, cum propter puritatem, tum propter illices blandicias, quarum iudicium facit frequens harum auctoritatum suauitatem: nihil autem magis deesse honestam matronam, quam velatam conspici, vult D. Clemens Alexandrinus, exemplo Christae uxoris, Acaciae, quae ardente iam partu nondum abiecerat curam velaminis.

Emblema XIII.

Carmen est Sapphicum prepositum Glyconio, quale illud Boëtij:

Cum polo Phœbus roseis quadrigis

Lucem spargere cœperit.

Synesis in libro de Regno administrando ad Arcadium, vel, ut Nicephorus vult, ad Theodosium iuniorem scripto, negans in viribus solis positam esse felicitatem principis: eam prædicat esse absolutam omnibus numeris vitam, quæ potentiam prudentiæ consociat; quæ res coniunctæ robustæ inexpugnabile conciliant; disiunctæ vero invalidum & inutile: quando videlicet aut robusta prudentia sit destitutum, aut prudentia viribus defecta. Quapropter, inquit, sapientes Ægyptios in hoc sum admiratus frequenter, qui geminum Mercurij simulachrum simul constituunt: alterum iuventa florentis, alterum maturo senio veperandi: volentes innuere, cum qui recte Rem-publicam aut regnum sit administratus, coniunctam cum prudenter fortitudinem habere debere, quasi alterum inutile sit absque alterius.

opc.

ope. Neq. illa de causa Sphinx apud illos pro re-
plotum foribus posita visitat, & quæ sequuntur
infra XLII. emblemata recitata. Huc spectat
Hor. illud lib. 3. Od. 4.

Hus consili expers malorinis sua.

Vix temperatam Dij quoque prouochant.

In maius; idem odere vires

Omnia nefas animo mouentes.

Eandem sententiam cōmprobat Iōsērates ad De-
monicū scribens: Robur cum prudentia con-
iunctum prodest, quā sine plus habenti incom-
modat. Quod ipsum & Milonis Crotoneiā ex-
ātus abunde docuit.

Emblema XIV.

*Hexametrum versum sequitur Aristophanum me-
trum tetrametro brachycatale etico absolutum
seu Tetrametrum Colurum: ita namque à
Mario Plotio, cuius libellum de metris ali-
quando inuulgabimis, nominatur, quale est
illud:*

*Marcet lucernæ, sol propinquat, non ramē vocas,
PYRAMIDES, quas otiosam ac stultam re-
gum Ægyptiorum pecuniae ostentationem no-
minat Plinius, vastæ fuerunt & insanæ substruc-
tionum moles, aliquot soli iugera complexæ,
partibus fermè quatuor angulorum lateribus ab
imo in acumen desinentes, sic dictæ, quod in ignis
speciem, in conum extenuentur, quarum fasti-
giata excelsitas paullatim gracilescens, umbras*

F 5 quoque

quoque consumit, ut præter Solium Amoris
nus scribit libro 22. Fuisse eas regum Ægypti
monumenta, & inter septem orbis miracula ha-
bitas tradidit Geographus Strabo. Quia vero in-
conclusa vel maxime stabilissimaque inter omni-
nes figuræ figura quadrangula, Galeno teste, ha-
betur, hinc est quod monarcharum aut regum
fortunas huic comparari apposite credam: aut
etiam constantis animi virum; qualem describit
Q. Catulum Cicero, quem neque periculi tem-
pestas, neque honoris aura potuit inquam de suo
cursu, aut spe, aut metu dimouere. Priori rati-
ni hedera apte conuenit, ut pote se se ipsa sustinere
prosuumque serpere impotens, si pedamenti ad-
miniculo reatur, ac flagellis suam muniat imbe-
cillitatem. talis est plebis ac minoris conditionis
hominum status, quibus principum opes fulci-
mento sunt & ornamento. Neque posteriori ra-
tioni absonus est viuax & perennis huius plantæ
viror: quippe cum magnanimi & fortis viti, qui
humana omnia premit, & ad omnes casus infia,
quæ gerit animum, laus cum æternitate tenter,
perpetuò victura. Diversa plane hic ratio est he-
deræ arboreæ scandentis, ut quæ solet succum vi-
resque illius omnes in se rapere ac demum eneca-
re: quod in eos quadrat qui alienas opes sub titu-
lo & prætextu patrocinij in se costrivane, atque
emunagunt. Alter etiam Marcellinus lib. 15. he-
deræ comparationem ad opulètos transstulit, apud
Imperat.

Imperatorem delatos, qui praesidia potiorum pulsabant, iisdemque tanquam hederæ ex eelsis arboribus adhaerentes, absolutionem precibus mercabantur. Sunt qui emblematis huius significationem calumniati, ad creandam principiuidam viro, qui hoc symbolo vivit, inuidiam, eius sensum alio detorserunt; velut qui circum sessum tenuerat Galliarum Regem & hederat instar circum implicatum, ne quis ad eum pataret aditus sine ipsis assensu. Sed istud quid aliud est, quam genuinum Emblematis sensum corrumpare atque pervertere, & animam illi adimere?

Emblema xv.

Heroiem cum Iambico, trimetro.

V P V P A suis est cristata, plumis in capite in flat cristæ plicatilis subrectis, quam Galli, *vno hupe* appellant: Hanc scribit Orus, ubi senserit ex vuarum, quas appetit summopere, esu nimis noxam se incurrisse, decerpta adianto herba, quam officinae capillam Venetis nuncupant, mederi sibi, ramulumque eius herbæ ore circumfegerem, obambulare. Quibus temulentia valerudinem concusit atque labefactavit, iij abstinentiae ramulo se lustrant. Qui affectibus violentis tyrannis aut (ut voluit Plato) loris testibusve nos vltro citroque in diuersos motus trahentibus, obnoxii sunt; iij à diaiois placitis & verbo ditione remedium petant, & mentem, quoæ passionibus illis animi turbidis, tanquam regina quæpiam imperiare

rare debet, obmuniunt : quæ victoria primaria est & potissima, scipsum vincere.

Qui peccata sua ritè expiari cupiunt, lustrant se lachrymarum adspergine & imaversibili pœnitutinis ramulo.

Emblema XVI.

Metrum hexametrum, cui subiungitur dactylicum Stesichorium, à Stesichora, cui familiare fuit, nomen sortitum, constans pentametro acatallætico; quale est illud à Seruio Honorato recensit: Marsya cede Deo, tua carmina flebis.

PINGATVR puerorū grec gemius, quorum altera pars bullas sive pompholyges è conchylio (in quo smegma, quem saponem dicimus, cum momento aquæ commixtum sit) in aëra difflet: altera eisdem iridis in modum discolores & purpurascentes sectetur atque comprehendere studeat; sub quorum pedibus non male subscribi possit diuerbium illud Italij in ore frequens, ET TUTTO ABBRACCIO ET NULLA STRINGO. Nemo nescit, bullæ nihil esse vanius, aut inanius, comparata illi iam olim caducæ mortalitatis umbra. Itaque quadrabit aptissimè in eos qui diuersis artibus scientiisve animorum adiiciunt simul, varia in studia distracti; aut quā pluribus munis honoribusque simul inhiant, aut quacunq. tandem in re insatiabili animo usquā latifacientes hue illuc nutant. hi namq. parum proficiunt, suaq. spe elusi sæpenumerò discedunt.

Emble-

Emblema XVII.

HIPPOTAMUS impietatem immanem esse, monumentis literarum proditum est à veteribus; adeò ut ne patri quidem, per quem vita usuram accepit, parcatur: qua de re etiam alibi scripsi. At ciconiam serpentem certissimum esse existim nemo inficias inerit, qui eam fons colubris inuisam diei Virgilio didicerit: qua de causa necesse ciconiam capitalis noxii fuit apud Thessalos, quod eorum regio prouenta serpentibus abundaret, si Plinio credimus. Scopulum vero gestamen Regum, qui priscis saeculis iudices erant causarum; ac proinde etiam iustitiae dicatum fuit. Quo symbolo indicatur impietatem (quæ virtutum omnium fundamentum est, & qua flagitia ac scelera omnia continentur) coercendam esse & vindice gladio castigandam, atque è medio tollendam, non secus quam à ciconiis solet serpens genus. Res per se clara est.
Equo fluviatili in dorso erigatur sceptrum, cui ciconia insistat.

Emblema XVIII.

Metrum est Archilochium achalectum, comitem idem Hipponaetiq; cuiusmodi est illud Flacci:
Non ebū, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

M V S T E L A M (inquit Plutarchus libro de Iside & Ossir) plerique arbitrantur & affirmant per autem iustum pati atque concipere, sed

sed ore partum edere, natalium sermonis quædam similitudine. Anaxagoras, aliquique nonnulli physici prodiderant Mustelam pariter & Ibis ore parere; teste Aristotele libro De generatione animalium tertio, cap. 6. quorum sententiam illic conuelliit. Aristea vt istud ipsum confirmat; ita paululum detorquet symboli explicationem, sic enim sonant eius verba: Mustela auribus concipit, quod ore patitur: itaque eius esu interdictum est Leuit. 11. Iudeis; vt hoc symbolo insinuaretur, perniciosissimum esse homini morem, quæd, quæ auribus acceperit, eadem verbis exagerans maioribus malis in uoluat.

Hugo Card. in superiore Leuitici locum euasit non nihil à prædicta opinione, siquidem mustelam matrem ore generare; feminam aure concipere annocat. quam fideliter, ipse riderit. Orus etiam mustelum pisces huic cognominem ore parere scribit: similiter & Zees.

Huc allusioni videtur à Lycophrone in Alexandra tenebrosissimo poëmate, cum Medusam Gorgonam appellat *λεγάριδα γαλλον*, id est, Mustelam inguliparam, velut collo puerperam, propter fabulam, quæ fingit Gryfaorem & Pegasum è cernice eius exstituisse, truncato illius capite. Ad symbolum faciunt Epicteti verba ad monentis à natura mortalibus vocem datam esse linguam, aures geminas; ut loquendis audita duplo sint plus. Demonactis apud Lucianum documentum

est, auribus saepius quam lingua utendum. Epaminondas à Pindaro laudatur hoc nomine, quod haut facile alter iudeoiretur, qui plura sciret ac pauciora loqueretur. Picturæ ratio per se evidens est.

Emblema xix.

*Alemanum est dactylicum terram etrum hypercasale dicum, simile secundo Boëtij carmini,
cuius initium:*

Heu quam præcipiti mersa profundo.

Quod oportet, cui à croci metu nomen est, exitialē malum, quadrupes, veroque elemen-
to infestum & terra & flumine, linguae expers,
lentibus serratis, eorumque ordinē pectinatim se
lipante, maxilla inferiore immobili, vnguisbus
magis, cutre adeò invicta, ut ictus tormenta
quodis adactos cludat atque repergetiat; ter-
ore metatus locuplido prædiuinatione qua-
mum & naturali prouidentia eum desigens, ad
tempus summus. Nisi auctus eo anno sit accessurus:
quæ alibi incubat ora, quæ candida sunt anse-
ris similia, hac de Crocodilo ex Plinio lib. 8.
B. 25. Spling. cap. 45. Marcellino lib. 22. & He-
doti Euterpe. Addit. Plutarchos libro de Iside,
gypsiops certum sonuere Nili incrementi ter-
num ibi fore, ubi ora excluserit feminā: nam
n. in humido sanguine nequeant Crocodili, &
sic à humidis aquæ patere metuant, ita exa-
præ, qui uunt naturæ tacito insinatu quod fu-

terum est, ut accessu fluvij in pariendo, incubandoque (quod alternis obseruant mas & femina) viantur, atque ira oua arida & inhumaeta conservent. Monemur prudenter rerum fatigere, longeque ante consultare atque videre, quam quid statuamus aut agamus.

Emblema xx.

Carmen est Phalacium à Phalaco inuentore sic nuncupatum, quod & hendecasyllabum à syllabus numero: quale illud Martial.

Vitam quoque faciunt beatorem..

C I C A D A insectum est, quod rorem lambendo vivit, nec alterius alimoniae indigum, cantu se oblectat. Pingi possunt plures cicadæ, que flôsculos (qui ad ornatum varijs pingantur) hiscentes, & explicitos, rore madidos, aduolunt ac depascant, à ceteris, qui etiamnun intra calyces suos sive alabastros abditi lateor, abstineant. Qui sua sorte, licet exigua, contenti sunt, bonis praesentibus fruantur: liberali interim spe ducti, forte, ve aut industria aliquid adiiciat, aut principum liberalitate accedat, aut hereditas porrumb ostendat; quod omne lucro deputant, & veluti probè sibi feneratum præterecepit. Non dissonum bioc est Italicum hendecasyllabum:

Di questomi consentio & meglio spero.

Emblema xx i.

IN S I G N I V M usus peruerstus est, quando Anubiu & Macedona, Osridis filios, armorum insignibus

insignibus v̄sos fuisse iam tum memorie prodi-
 dit Diodorus, canis exuio alterum, lupi rostro
 alterum tanquam animalibus ab ipsorum natura
 non alienis. sic Tydeus apud Æschylam in clypeo
 depictum præfert cælum stellarum cum luna
 medium vmboram occupante : Hippomedon
 Typhonem fumos ore efflantem : Parthenopæus
 Sphingem : Perseus Gorgonis colubri ferū caput;
 Veneris genitricis Iulius; alij Pegasos, Minotau-
 ros, Harpyias, Leones, Vrsos, Aquilas, Angues,
 Fuscinas: alijs aliud. At gentis tuæ istud insigne
 aut symbolum, Sambuce doctissime, non otiosum
 ac iucundum aut inglorium existimo, in quo visuntur
 binæ grues (non sine causa Palamedis, vnius in-
 ter omnes Græcos soleitissimi artium insignium
 invenitoris, aues punctatæ) hinc pedibus laxum,
 firmitatis argumento; illinc cor, frontem & re-
 tinaculum omnium honestarum actionum, con-
 corditer complexæ, rostrisque annulum aureum,
 ceu debitam sibi mercedem appetentes. Multi-
 plex hic cognitio animum simul præstringit: nam
 utrū Grues altiuolæ sunt, nubila volatu tranantes;
 quæ doctissimus quisque non hemo assidet, sed
 niente cœlestes etiam sedes adit, imò penetrat;
 neque id solum, verum etiam gloria æternitatis
 effectatrice sidera pulsat, & nubibus caput inserit.
 sedem etiam vigiles, quod noctu lapidem pede
 sustinent, ut oppressas somno, laxatis nervis, stre-
 tus cadencis lapidis exergesciat, diligentia

fummo*re* indicium faciunt. Quam istarum auiorum follertia in exemplum rapuisse mihi videtur Alexander Macedo, non abs re Magni nomen adeptus, qui globum argenteum brachio capiti subditotantisper continebat (quoties lucubrandum illi erat) dum remisso neruorum teatre delapsus, tinnitu pelvis subie*re*; somnum illi abruptisset. Annulus vero (quem Promethei inuenatum perperam, ut quo ipse Caucaso alligatus fuerit, alij Lacedemoniis falso attribuunt, quod ferreus illis in vfa fuisse legatur) in se recurrens & atque*per* immortalitatis nunquam ullo saeculorum spatio finienda index esse meo quidem iudicio videtur. Quod si hariolari in re mihi obscura licet, crediderim duorum comunitissimorum fratum operam praeclaram Principi aliquando suo nauatam, maxima constantia pari*que* concordia, ista genti tu*re* peperisse insignia, laudabiliore ratione, quam cicatricum insignia Gallustianus ille commendarit; ut, quibus glori*re* insuffitas, annuli opes, adamantis argumento à Principiis liberalitate honestamentum ac decus accesserint. Effigiationem quid attineat præscribere, cum per se ipsa è superioribus abunde elucescat?

Emblema XXII.

Carmen ~~de~~ Heroicum cū dactylico Alcmanio et rime metro acatalecticō, cuiusmodi est illud Boësi:

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebra,
Luminibusque prior sediit vigor.

O r v s Apollo qui Hieroglyphica scripsit, refert Leonem, vbi febricitarit (familiaris autem huic ferae morbus febris est, præsentim quartana, si Phileti, qui De animalibus Græcè scripsit carnime, credendum est) simia solere vesci, saluberrimas escæ loco. Non repugnat Plinius, nisi quoniam morbi vim elevans, agititudinem fastidij sanitum sentire dicit, in qua medetur sibi, gustato simiarum sanguine, quæ lasciuia immodica in rabiem eum agunt. Confirmat idem & Philostratus lib. De vita Apollonij tertio : Leones medicinae gratia simis insidiari scribens. Quin & Ælianu s omnigenz histeris lib. i. cap. 9. agrotanti Iconi cetera remedia inutilia scribit, præter simiā, cuius esu pristinam valetudinem recuperet. Idem in libris De animalibus lib. 5. cap. 39. medelæ rationes & morbi discrēmen distinctius his ferè verbis aperit : Leo, inquit, supra modum ingurgitato cibo, remedium querit, aut à quiete abstinentiaque, aut simiam nactus & euorat; quo cibo alii proluvium excitatur, molestaq. saburra exoneratur. Simis aptissimè comparari possunt impostores, assentatores, & parati, qui ad gratiam loquuntur, & principum auribus insidias faciunt: siquidem Δημοσθένης velut populares Simias vocat Aristophanes eos, qui plebi assentantur & obsecundant, quando & πρωταρχού, quod Simiari totas, pro fallere Græca lingua usurpat. est enim animal istud ad imitandum omnia dextrum &

habile. Tales autem pestes si quis aula exturbaret princeps, nā ille verē Augiæ stabulum repurgaret, & cum Hercule ac Constantino monstrorum domitor dici posset: hoc enim Aurelius Victor Constantino tribuit, qui aulicas illas pernicies, tineas soricesq. palatij appellare solebat, ut Anaxilaus opum vermes, quibus confectis & expulsis, ad incolumentatem rerum & sanitatem cuncta redire posse, non iniqua spes est.

Emblema XXXI.

Cyrillium metrum est, constans pentametro hyperbolætico, quale hoc:

Pulchra puella cōmas ambit sibi palmitibus.

P A L M A Ægyptia Theophrasto à fructu Balanus diēta, arbor est magna, non recta, sed contorta, folio myrto simili: Dioscoridi (à quo pietura peti potest, expresso eius uno ramo) παλμη à succi copia cui in poculi vicem convertitur, & ab arcenda siti Adipsos quoq. vocata. Hæc prius quam maturuerit decerpta, sicut sedat: siu maturatur, seorsum intercipit, gressum præpedit, diligenter retardat, & obsecsis mentis ac corporis effitiis, ebrietatis viatum imitatur; ut Sotionis memorat cap. 45. hæmemorabilem. Admonet hoc symbolum curiosam & profundam divinarum rerum inuestigationem, eamque maturis iam fructibus factam, hoc est, ab iis qui mysteriorum omnium cognitionem absolutam se adeptos possunt, periculosa esse: nam quo aliud ulli labo-

rant arcana de Deo ciusque uniformi Trinitate perscrutari, hoc maioribus altioribusq[ue] tenebris incoluntur, & in diuinitatis abyssum inductabilem corrunt. Simonides sapientiae nomine per celebris oīm rogatus ab Hierone Syracusam rege, Deum ut sibi definiret, poposcit sibi diem unum: postridie rogatus ut fidem exsolueret, bidui spatium petiit: cumque saepius dierum numerum ingeminaret, atque Hieron admirabundus eius facti rationem requireret, respondit sibi tanto intricationem obscurioremq[ue] viderem, quanto diutius consideraret. Quò spectasse Ægyptios sacerdotes puto, qui sonum tantum vocabili litterarum inconditum accinebant, indicantes se nulla ratione de Deo certi quid & explorati posse exprimere. In hanc sententiam detorsit istud symbolum Hugo Eteriahus, non postremæ eruditionis Theologus, cum de Spiritu sancto aduersus Græcos discessurus, sic initio operis loquitur: Dum supremæ philosophiæ principium delibare aggredior, aquatice mihi video testudini esse similis, quæ frustum trahere cupiat, stupore cogitatus obsidetur; mens tabescit; lingua tanquam Ægyptiam palmam, quæ apud Græcos Adipsos (malè enim adiperos ibi legitur) vocatur, gustaderit, retardatur. Appositè me hereule symbolo usum vides, in explicanda prouinciaz, quam arduam aggrediebatur, difficultate: nam diuina natura ne angelicis quidem, ne dum hu-

manis lumen quis enarrabilis est, aut comprehensibilis, ut D. Martialis Lemouicensis Episc. scribit in epist. ad Burdeg. quod ipsum & Plato non tacuit, Deum indictum & innominatum vocans, quem inuenire haud sit facile; intellectu comprehendere, impossibile: aut, ut Hermes Trismegistus inquit, Deum mente complecti res est ardua; sed sermonee enunciare, impossibile. Huc spectat. Iambus antiquissimus, quem ex ore Socratis fluxisse, lib. De recta Confess. memorat Iustinus martyris:

Οὐδὲ γένεθλίων τε θύμων σπεφίσ. id est,
Rerum diuinarum nibil mortalibus exploratum
est: quo ianuitur qualia sunt diuina, non esse in-
quirendum scrupulosius. Præstat itaque immatu-
ras palmulas, decerpere in saera philosophia,
quæsiti marcent: quippe cum videamus sophos
istes qui maturis fructu se solos arbitrantur, aren-
eibus fauibus, lingua impedita, iugendo hebe-
scente ac caliginoso, gressuque male nutabun-
do, in ea sursum ac deorsum iactari volutariq.; &
sapientem Athanasij admonitionem sequamur,
docentis lib. 3. aduersi Arianos, curiosa & accu-
rata persuasionem potiorem esse fidem simplicem.
Potest symbolum referri & ad captiosas spinosas
que disciplinas, quæ cum fructu delibari possunt
primoribus (quod dicitur) labiis; ita namque si im-
restringuere valent: in quibus tanquam ad Sirc-
neos scopulos desidere atque confundescere, id de-
mum insanum est studium: nam ubi cōres vne-

rit, stupidi, cæci, dulcique veneno ebrij, argutiarum fuligine audiētum oculos preſtinguere gaudent, sed euanida; ſanctissimæque disciplinæ noſmena ementiuuntur interim, vt luculentè dixerit Herodes Atreitus apud Gellium, libr. i. Neque malè vita-aulica huic Adipſo arbori comparari poffir, quam aliquantisper ſequi & deguſtare ante maturitatem fuerit non iautile, ſed cuius illic succo, vbi maturuerit, pleas faucibus imbui, in eaque non imemorari tantum, ſed & immori, omnem aoftriagonionem obliuerat, mētem ſauam exulcerat, fastu inflat, & Pallante (quem libetos ſuos nunquam alloquio dignatum ſcribit Tacitus libr. i 3,) inſolentiores reddit: nam ex infinitis vix vnum illic Eutherium inuenias, quem in Conſtaatij Imperatoris comitatu ſolum integrum fidei coauentisæque cultorem exſtitifſe, Marcellinus commemoraſt libr. i 6. A ſuperiore, quam primo loco dixi, ratione non abludit fortalſe quod refert Clemens Alexandrius in Ægyptiorum ſacrorum cærimoniis, poſt cantorem, qui principem locum obtinet, ſequi Horoscopum flaminem, qui altera manu Horologium, altera Palmam ſymbolagerebat.

Emblema xxiii.

Carmen eft hexametrum cum trimetro ſenariōve Iambico.

PROPTVME cfr à Plutarcho libro De Iſide, Phidiam, clarissimi nominis ſtatuarium, finxiſſe

Palladis simulachrum, pedibus prementis Dracōnem; & alterum Veneris apud Elæos, pede calcantis testudinem: argumento in illa custodiæ fuit, quæ virginem deceat; in hac silentij curæque rei domesticæ, quæ matronam deceant. Draco autem appositæ Palladis (quam perpetuæ virginitatis honore insignierunt poëtæ) pedibus substernitur, ut sedulam pudicitiæ, cui mille tenduntur insidiæ, curam virginis incumbere significetur; si quidem acerrima oculorum acié præstare Draco perhibetur: quo nomine thesauris omnibus custodiendis (inter quos aureo velleri, hortisque Hesperidum) eius operam assignauit antiquitas. Pingitur autem Minerua virginis specie, oculis acribus & glaucis, hastam dextra, elypeum lœua tenens: cuius umbo Gorgonis anguicomæ caput præfert, veste ad talos usq[ue] demissa, galea caput muniente, subiecto pedibus Dracone, cuius caput hastam attingat. ita enim ferè à Pausania in Atticis, & à Cornuto depingitur. Venus nuda pugnatur, seruo myrteo redimita, intercurrentibus rosis, cæsto, hoc est, baltheo vario & pulcherrimo infra pectus ambiente, dextra tenens tria mala aurea, lœua columbam, pedibus testudinem calcans. Symbolicè nuditate simplicitatem & aperatum pectus uxoris demonstrari existimo: per columbam puritatem & blanditias: per aurea mala, casti amoris illicium: per cæstum, coniunctionem deuinationemque animorum: per testudinem, &

silentium & anxiam rei familiaris curam ; quippe cum summo silētio ingrediatur testudo , domumque suam semper secum circumferat , unde domiportam dixi , ex Ciceronis libro de Diuinatione secundo , ubi veteris poëtae versum commemorat , enigmaticè testudinem circumscribentis , Terrigenam , herbigradam , domiportam , sanguine castam .

Emblema XXV.

H A E C germana est & viua medici Icon , quæ quia propter concisam breuitatem obscurior est & intricior , libuit eam per dialogismum reddere prolixius pluribus versibus , ut explicatiùs singula paterent .

Qui Deus es? Phœbo satus aeq. Coronide. habes cur-

Scepterum? agris ut rex impero. quid residest?

Sit sedato animo medicus. quid verticem in umbras

Lauras? perpes enim vinit ab arte decus.

Nodoso baculo quid nitere? difficilem artem

Ia notat. hinc cur stat Gallus, & inde Draco?

Cura vigil medicum decet accustodia. quid vult

Sub pedibus Canis? hoc symbolon est fidei.

Quidve regit mentum propoxa incanaque barba?

Longa atas firmat iudicium atque fidem.

Aesculapius Apollinis ex nympha Coronide filius , in deorum numerum olim receptus fuit , quoniam rudem adhuc & vulgarem medicinæ scientiam paulò subtilius excoluisset , ut Cornelius Cels. ait ; quamquam Trismegistus , interprete

Appuleio, medicinæ repertorem falso nominat. Huius simulachrum variis modis effigiauit antiquitas: nam apud Sicyonios imberbem stetisse, altera manu sceptrum; altera pincam nucem obtinente, memorat in Corinthiacis Pausanias. in eadem historia refert à Thrasylle de Paro exsculptum fuisse Aesculapium in solio sedentem, baculum tenentem manu, altera caput draconis mulcentem, cum accubante cane. Conferit in multis & Festus Pompeius, lauram insuper illi attribuens. Ego collectis symbolis omnibus, & quasi in unam (quod dicitur) Myconum conicatis, talem fermè medici siue Aesculapij iconem confiaui. Virum grauem pinxero, barbatum, throno iacentem, laureatum, sceptrum gerentem altera manu, nodosum baculum altera; adstantes illi hinc Draconem, hioc gallum, stratumque ad pedes canem. Nunc commenti, symbolice rationes subiiciam. Aesculapij nomus haud temere in medicum competit, quippe cuius sit placide curare zezeros. id quod Græcis sonat vocis etymon ἄρνης ιπέας. Barba illi datur velut adultæ & longæ multarum rerum experientiarum argumentum. Sedentis imago denotat, sedato animo, neque vagum esse debere: Laurea coronatum existimo, ob eximium & immortale ex arte salutari decus, quamquam Festus cō referat, quod laurus arbor sit plurimorum remediorum. Sceptrum illicum Pausania tribuo, ut dignitas medici

medici eo repræsentetur, qui regis iā morem
ægris imperare debet. quō sp̄ctat inuectiuā Ga-
breni, libro primo Therapeutices, medicos sui tem-
poris incusantis, quōd mancipiorum ritu ægris
subseruit ac obsecundaret, contra maiorū
ab Aesculapio oriundorum morem, qui velut re-
ges subditis, & veluti duces militibus, præscribe-
bant ægrotis quæ fieri velleut. Bacillum nodosum
tribuit illi antiquitas, ut difficultatem significa-
rent artis plurimis rerum discendarum anfracti-
bus nadiisque difficultibus inuolutæ: tametsi Euse-
bius hoc interpretetur ægrotorum sustentaculum:
& Cornutus libro De natura Deorum, quōd me-
dici opera confirmemur, ne tam properè in mor-
bos incidamus: Draconem assidentem dant om-
nes. Corñutus tum properè diligentiam in curan-
dis ægris insomnem, tum quōd medici industria
ægri à morbis veluti reiauenescant, seniumqæ
deponant, serpentium more. vnde Macrobius
lib. 1. Satural. Aesculapij & Salutis simulachris
Draco, inquit, subiungitur, quia præstant ut hu-
mana corpora velut infirmitatis pelle deposita, in
pristinum reuirescant vigorem. Præterea constat
ædium sacrarum, adytorum, oraculorum, & the-
saurorum custodiam olim Draconibus assigna-
tam fuisse, cùm quia acutissimè cernant, tum pro-
pter inuictas vigilias. quod sensit & Fest. at Plin.
lib. 29. cap. 4. Draconem Aesculapio sacrum vo-
luit, propter remediorum, quæ illi iasunt, mul-
titudi-

titudinem. Gallus eidem adiungitur, quod vigilans simum sit animal: nam sollicitum & vigilans medicum requirunt res ægroti. Canem illi subiicio, ut animal fidissimum. quid autem medicum magis deceat, quam indubitatem fidem integratemque ægrotis seruare? quæ res Philip-pum Acarnanum Alexandro commendatum habuit, licet parricidij criminis, sed immoritò perstrictum. neque enim placet quod Festus ait, id est adhiberi canem, quod canino lacte sit enutritus, quod tamen apud Lactantium etiam legitur.

Emblema xxvi.

Heroicum præcedit Archilochium dactylicum di-metrum hypercatalecticum, cuius generis est illa Horatij oda:

*Diffugēte niues, redeunt iam gramine campis,
Arboribusque comæ.*

In nemine Deorum tam prodiga ingeniorum fuit antiquitas, quam in Fortuna, ut quæ sola veramque paginam facere in ratione mortalium fuerit credita. Hinc tot eius cognomina, de quibus alii dixerunt, tot picturæ, tot diuersa simulachra; apud Artemidorū libro De insomniis secundo, Cylindro tereti insisteris: apud Pausaniam in Messeniis, polum vertice sustinentis: apud eundem Cornu Amaltheæ gestatis, præsente alato Cupidine: apud Cebetem & Eusebium in pila sedentis & alatae: apud Lactantium, libro 3. Copiæ cornu præferentis cum gubernaculo: apud

Plutarchum vñscatae: ita fortuna varietatis amica, etiam variè expressa est. Hanc Smyrna clarissima. Asiae ciuitas pedibus carentem exsculpit, instabilitatis argumento; vnde iocus Apellis in Fortunam diuersa ratione sedentem, à se effictam, dicentis eam nunquam stetiisse: Alatam vero eadem Smyraa sculpsit, ut vagam nullique perpetuò addiccam. Pingatur itaque sine pedibus, numerum extensam ita porrigena, ut penas suas comprehendendi non sinat.

Emblema xxvii.

Heroicum est carmē cum trimetro Iambico affecta.

PERSIANA arborem esse, Ægypti peculiarem scribit Theophrastus lib. 4. De plantis, aspectu venustam, ingentem, pyro assimilem cum foliis, tum floribus, ramisque: cuius etiam poma, quæ copiosè fundit, magnitudine pyramidum representant, specie oblonga, amygdalacea, colore herbido, nuce intus pruno non dissimili, sed minore multo ac molliore, carne dulci admodum ac suaui. Qua ex descriptione deprehendenda licet Persianam nostræ Persico esse congenitam, speciem tamen dissidentem. Nicandri interpres apud Persas bethalem prius, translatam in Ægyptum, certaz mangonio salubrem cuasiisse scribit. cuius difficultatestatur non vno in Ieo. Galenus, & locuples testimoniis Junius Columella lib. 9. iis versib.

Sophianus cabaci pomis quo barbari Persas

Maserat (ut fama habet) paciuntur aperitum.

*At nunc expositi parvo discrimine letho
Ambrosios prabent succos, oblita nocendi.*

*Quinetiam eiusdem gentis de nomine dicta
Exiguop properant mitescere Persica malo.*

*Quibus ex verbis facile agnoscitur discrimen
Inter has arbores. Porro nux huiusc arboris du-
ra, turbinata, cordis figura non absimilis nucleum
operis innuente synabolo, sapientiam nucleo assi-
milatam; operculo duro, referatu difficulti esse oper-
tam debere. De hac Plutarchus lib. De Iside, in
hunc modum: Inter plantas, quas fert Ægyptus,
Perfici eximè p̄æ ceteris Isidi sacram esse vo-
luerunt, quod eius fructus, cordissimæ folium,
linguae reperentes: nihil enim inter omnia, quo
hominis à Dō data sunt, diuinias est sermone,
præseruit qui de Dō instituitur, neque maius ad
veram felicitatem momentu obtinet. Hac ille.*

Emblema xxvii f.

*Metrum est Iambicum trinotatum, cui subiunguntur
Archilosium, quale est Horatij illud in Epoche:*

Peculiarihit me, sicut antea, iuuat

Scribere versiculos, amore percutsum gravi.

A R B O R E M plaxero querem, ve solidioris li-
gati, firmioribusque indicam radioibus; qualis vi-
torum principum conditio est, quam priuatorum
durabilior: cui akerias secus immincat ex alto &
turbulento calo allatum hominis caput, plenis
buccis spirans (ita enim ventos pinxere veteres).
decacens quo folia, pars im humi strata, visidia li-

cer; partim cadentia, paucis adhuc superstribus in-
ramo uno aut altero: cuius caudici circumvoluta
shedula loquatur dictum istud. **I**ahicè: **B**. **A** **S** **T** **A**
C **H** **I** **O** · **V** **I** **V** **O**. Nihil mirum est, neque verò ab-
surdum, arbori comparari virum principem, quā-
do & Horat. Pompeiam Magnum multitudine
pariter atque magnitudine rerum gestarum cla-
rissimum, allegoricè Ponticam pinum, & Syluæ
mobilis filiam nominet. quin & Lucanus poëta
eundem Magnam quereat sylua arborum obse-
ptæ, eadem ratione comparat. Princeps, etiam si
de gradu sit exactus diro nouercantis fortus & lu-
dibrio, non patitur tamen generosos illos spiritus
ita infringi aut pessundari pro cæcæ fortis libidi-
ne; ut quidquam aut progenitorum suorum
stemmate indignum admittat: cuiusmodi Gillo-
merem Vandalorum regem commemorat Pro-
copius, & nostrum æuum talem non vnum pro-
tulit. Idem in virum fortem & infracti pectoris
conuenit, honoribus opibusque per inuidorum
suggestiones exutum, concentumq. in otio pace
percedentescere.

Emblema. xxix

Carmini Heroico subiungitur Iambicum trimetrum.

A p v d priscos Romanos Flamini Dialitanta
in religione habitam fuisse hederam cōperimus,
ut eam vel nominare, ne dicam tangere, inexpia-
bile nefas existimatetur, propterea quod is frutes-
tinctatq; illigat lubrico palmium errore, quo-
cunque

cunque se applicat; uti Festus Pompeius indicat. Nimirum declarat istud symbolum, sacerdotem castum & ab omni lascivia Venerea quam maximè alienum esse debere: quando suos amatores ita circumueniunt Veneres & circumuentos encant, ut hedera solet arboreas vires complexu artissimo vitalis succi inanite. Eidem non licet annulum solidum aut nodosum digitis inducere; nempe ut ab omni animi angore liberum neque mali cuiuspiam sibi consciū esse debere ostenderet eum, qui rei diuinæ vacaret. Pictura postulat profanum aliquem depingi, qui flaminī sue sacrificio (Flamen autem pileo insigniebatur, cui virgula oleagina cum pauxillo lanç erat superimposta, cetero habitu nostris ferè similis, lineo amiculō togæ indueto, vnde Linigerorū nomen) porrigit hederam, sed abnuenti & vestigium reducenti, & altera manu exhibeat annulum circularem & solidum.

Emblema XXX.

Trimeterum Iambicū monocolon, in quo priores duos versus reciprocis sunt, qui transposita à calce distinctionū serie transiunt in pentametros. hoc modo:

Efficer seruili colla repanda iugo.

Irrita taure paras molliter excutere,

N E Q V I C Q V A M sapit & ferre recusat iugum, qui semel admisit: quando & Elephantos iussa facere, & Leones iuga subire videmus ha- temerè excutienda. Sc̄o coniugij capistrum ac-

ceptum-deplorat maritus, qui semel collum submisit. Aërem verberat qui publicis muneribus, quæ curanda suscepit, ingratiss defungi parat. Pi-
cura per se clara est.

Emblema xxxi.

Symbolum istud ingeniosè & luculenter à Naso-
ne lib. Tristium secundo explicatur, ibi :

Nil prodest quod non ladere possit idem.

Igne quid utilius? si quis tamen urere testa

Comparat, audiaces instruit igne manus.

Eripit interdum, modò dat medicina salutem,

Quaq; inuunt monstrat, quaq; sit herba nocens.

Et latro, & cautus præcingitur ense viator:

Ille sed infidias; hic sibi portat opem.

Discitur, innocuas ut agat facundia caussas:

Protegit hac santes, immeritosque premis.

*V*lus rei salutem præstat, abusus necem aut de-
trimentum saltē adfert. certè ita deum vnum-
quodque aut commodat aut officit, prout eo vel
utare vel abutaris. Lex eadem alio atque alio sen-
su accepta, quem grauaret, reum absoluit; inno-
centem inuoluit. *Quām sāpe scripturæ membra*
luxata & veluti assulatim conuulsa, aut in partes
consecta, aut commate interstincta, hæreticos ar-
mant, causa casueros, vbi loci, vnde petita sunt, re-
nor expendatur aut attentius consideretur: ita sic
ut eundem locum pro sui defensione Marcion &
Valentinus adducat; Christianus eundem rectius
indubitate inq; pro se alleget. hinc tot schismata,

tot pestilentes factiones & prioribus sacramulis & his nostris inconsuitem illam Christi vestem lacera-
runt. Terra & venenorum & omnis boni parens
ac alumna, tot pernicies protulit, quot species: tot
dolores, quot colores, ut inquit Tertullianus libro
aduersus Gnosticos. ita Lucretius inquirens cau-
sam cur idem alij sit cibus, alij venenum.

Præterea, inquit, nobis veratrum est acre ve-
nenum: at capris adipes & coturnicibus auger.
quod & Plinius non tacuit lib. 10. ca. 72. Venenis,
inquiens, capreæ, & coturnices pingueſcunt: (ea
est enim verior lectio quam quæ habet, capreæ.)
Quin & Aristotelei idem non fuit ignorum. Ad
picturæ varietatem pingi potest Helleborus si-
ger, siue veratrum, quam herbam hiac depasti
homines expirerent, ac vitam cum morte commu-
tent: inde coturnices aues & capreæ eo pabulo uſa-
vegeræ siuat & agiles. Altius secus pingatur ignis,
cui affideat aliquis, ut rigorem expellat: & in pro-
ximo, domus incendio conflagrans.

Emblema xxxii.

Heroicum, cui subiungitur tetrametrum. Clodium,
sine Episcazon à Pletio dictum; Aristophanum
nominat Sermone.

PINGITUR implieſcabello aut tripodī in-
ſidens, geminas alas ad modum talarium Mercuri-
iij expansas, velut paratum volatui peculium, de-
xtra tenens: læua testudinem merito tardigradam
à Pacujo dictam: rursus dextro pede terram pre-
mēns;

mens; sinistro in altum elato, ita ut dextræ ex-promptam agilitatē remoretur pedis dextri grauitas, rursusque lœvæ tarditatem adiuuet pedis item lœvi alacritas. Mediocritatem auream insinuat symbolum: itemque animi moderationem, ne ita efferamur, ut sortis nostræ obliuionem induamus, nēve, iuxta adagium, ita fugiamus ut præter casam. Habet affinitatem cum illo Augu-sti dicto, Festina lente. Tarditas immodica, præcipitatione castiganda venit: & celeritas nimia illaudata est & vitium habet. Itaque modus omni in re seruandos est: at quo ita sezinandum, ne vel tardi, vel præcipitis nomen incurras.

Emblema xxxiii.

Iambicum trimetrum Archilochium monocolon,

Horatiano illi simile:

Iam iam efficacio manus scientiæ.

V E R I S S I M U M dictum est ab Ouidio poëta:
Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Nimirum ita fermè comparatum videmus, ut nihil tam commode fiat aut dicatur, quod nō detorqueat, deprauerit, ac sinistre interpretetur calumnia. Proptereà scitè & festivè dictum est à Theodoro Arheniensi, cùm illi fuisse obiectum, quòd multos sua doctrina detinores redderet, aliquorum id vitio accidere, qui sinistra ipsius doctrinam acciperent, quam ipse dextra porrigeret. Neque male sonat vulgatum proverbiū: Volucres pro suo quamque rostri modulo cantillare: cùm

H. 2 velit

velit innuere, improbos non posse non improbe loqui, bonos verò bene. Nempe rosa utilem melificio materiam apī suggestit, araneæ venenum. Quām sāpē fit ut dictum innoxium, ac sine fuco expressum, huic risus & leporis seminarium sit; illi Vatiniani odij fomes & incentiū. Scriptura sacra, inquit Nazianzenus in prima Steliterice, probis est virtutis armamentum; at sceleratis nequitiæ stimulus.

Emblema XXXIIII.

*Heroicum Alcmanio siue Archilochio propositum,
quale supra ix. Etabl.*

B A C C H U S cognomento Psilas, quasi alitem dicas, Amyclis urbe Laconiæ exitiali silentio nobilitata, colebatur. sua namque lingua Ψίλα alas vocabant; quò respexit fortasse Catull. eo versu:

At parte ex alia florens volitabat Inebrie.

Voluit autem significare artifex, Vinum, si modus adsit, ut tristitiae curam hebetare; ita ingenium agile reddere & alacre, nihilo secius quam aues pennis euhuantur: vti à Pausania in Laconicis prodírum est. Tametsi cum Eubolo sapietiam vino obumbrari dicat Plinius; accedo tamen Plutarchi sententiae, inuentionem & facundiam vi no tribuentis. sic enim in Sympoſiacis loquitur: *Quidam inter bibendum inuentionis acrimoniam & linguæ disertitudine, quæ in sobriis ieiu na & contracta erat, seipſos superant, iisque vini feruente ceu nidore quopiam thureo sufficiatque exple-*

ri se sentiunt, metu qui spiritus generosos cohibebat, exploso : est enim vinum fecundissimus liberè, ac proinde verè loquendi alumna, sine quo nullus est ingenij & industriæ usus. vinum calore (vt inquit Plato.) & animum & viscera imbuit. Hinc est quod Æschylum nobilissimum poëtam non nisi inter calices tragœdias suas scripsisse legimus : Eonium vinosum ad canenda bella prosiliisse : priscos heroas inter calices gravissimis de rebus consultasse. Neque vero temuentos, siue, quod idem est, tationis egentes, scripsisse aut consultasse, sed postquam metro incauisserent venæ, ac dispulsa esset illa ieiunitatis senecties, verisimile est. Neque alicuius à symbolo sto cecinit Niceratus :

Egregio vati vinum sit Pegasus ales.

ingatur Bacchus puer nudus, imberbis, rubidioris, læto vultu, pampinis redimitus, corniculus è fronte promicantibus, corpore non obeso qualiculi instar, sed vegeto & agili, alis extra humeros exstantibus volucet, altera manu botrum nens; altera, si placet, scyphum : oculis viuacius & cælum suspectantibus.

Emblema xxxv.

A D O L E S C E N T I A E flos non per luxum, sésve otium deterendus est, sed veris animi namentis tingendus, siue id in litterarum atque ciuitum liberalium studio, quibus ætas prima adumanitatem informatur, fiat; siue in mechani-

cis, sedentariis, alissive opificiis. siquidem laboribus ut duratur virtus atque adolescit in maius; ita luxu degeneriq. otio exolescit ac difficit. Laboribus (quos ubique sanctos agnoscit scriptura sacra) & vita subidia queruntur, & letat sene-
tis adiumenta comparantur. Labor iuuenia vi-
ribus, dum genua virent, conuenientissimus est:
at sene-
tutem decet feriatum à laboribus otium,
rerumque partarum usus. quod spectat laudatus
ille Ennius poëtae versus:

*Sicut fortis equus, spatio qui fortè supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.*

Proinde rectè dictum est à Portio Latrone insi-
guithero: Quare adolescens, uter senex. & in
candem sententiam à Seneca: Iuueni parandum,
Seni vitudum. Pingantur hinc adolescens expe-
ditis lacertis, nudo capite, ligone terram proscin-
dens: illius senex abolla pellita suffultus, in solo
accumbens ad genialem mensam epulis scyphis-
que exstructam.

Emblema XXXVI.

Heroicum comitatum Lambico senario.

P A V S A N I A S in Corinthiacis commemo-
rat apud Sicyonios extare nobile Veneris simu-
lachrum ex auro & ebore sculptum Canaci clatis-
simi statuarij manibus, quæ capite gestet cæli
orbes, altera manu teneat papaverum capitum; al-
tera malum. Inuenere artificem voluisse arbitror,
Veneris in omnia animantia potentiam, quando

& Iouem futum in varias species mutatum celo
deductum Veneris causa fabulantur poëtae. Huc
spectant Lucretij versus:

*Alma Venus, bonum dñnumq; voluptas, capra
Illecebrisq; tuis omnis natura animantū [lepore,
Te sequitur cupidū; quò quamq. inducere pergis.
Omnibus incutens blandum per pectora amorem
Effici, ut cupidū generatim facia propagent.*

Pingatur Venus nuda, myrto coronata, cum
puero Cupidine alato, cæco, pharetra & arcu in-
struclio, lœua malum aureum tenens, dextra papa-
vera, ad ornatum addi potest quadriga à duabus
cygnis & columbarum partē numero tracta, cui
infideat Venus; nam cygnos eam vehere Horati-
us, Statius, & Ovidius loquuntur; alij huic mu-
nieri columbas deputant: Sappho etiam passeris
dat. Porro nemo est, qui nescit, papaveris vim
præcipuum esse in sopiendo somnoq. conciliando,
usque adeò ut copiosiore eius usu inexpugnabilis
etiam somni necessitas ac veterus inducatur.
Venus autem præserit moderata, iras implaca-
biles sopiratque remittit, testibus Aetio & Ägi-
neta, ingenij mæstiam obliterat, animum se-
datum reddit, atra bile percitos furiososque ad
sanam mentem reuocat.

Emblema XXXVII.

N E M I N I ignotam arbitror mucem Pineam,
quam superstitiosa antiquitas Cybelæ olim sacra-
rat, colliculis quibusdam inæqualem & aperam

ac veluti in gradus quosdam scaenam mitz daturæ, qui vix, nisi vi ignis expugnati in valvas dehiscunt, & lacunatos torulos referant, in quibus nuclei dulces resident, magni ad diuersa corporis mala vsus, quos & conos & strobilos nominant peritiores. Hanc insigne, ni fallor, gentilitium olim dominuz mihi ostenderas, Tennere ornatus quando euocatum à Rege in Daniam, humanissimè excepisti, eo ferè emblemate in instrumentum omne argenteum addito. Cuius ego non aliud fermè symbolum puto, quamquod è virtute & eruditio ne, omniq[ue] sapientia (quod non temere nisi per labores peruenitur) dulcissimus omnium existat fructus, qui sapienti recordationem actorum laborum longè iucundissimam adferat.

Emblema xxxviii.

Ex Hieroglyphicis notis, quas ignorabiles Marcellinus nominat, petitum symbolum. Viperæ, inquit Plinius, mas caput iaserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Confirmat hoc Orus Apollo, addita symboli explicatione, in hæc verba: Ægyptij mulierem suum maritum exosam, vitæque illius insidiantem, solumq[ue] ob concubitum illi assentatem exprimere volentes, viperæ pingunt, quæ in eoru[m] caput maris insertum ore complexa, illud mortu[m] truncat. Picturæ ratio per se cvidensest.

Emblema xxxix.

*Icaicum metrum choriambicum, secundum Ser-
uium, quale est Flacci illud:*

ULLAM, VATE, sacra vite prius seueris arborem.
PINGATVR columba caucæ inclusa, cui
sidetur atque immineat altrinsecus superuo-
ns aquila: potest autem in superiori pariter &
feriore caucæ limbo adscribi hic versiculus:

L M A L M E P R E M E, E T M E S P A V E N-
A I L P E G G I O. Innocentum angustias aptè
primit symbolum, quos nō ita satis tutatur sua
nuitas & rei familiaris angustia, quin mille dis-
imina ab impostoribus & rapace hominum ge-
re illos circumstent.

Emblema x l.

*Carmen est Æolium, à Sappho modis Æoliis de-
lectata, frequens in usu habitum, teste Terentia-
no Manro, quale memorat istud:*

ordi quando fuissè sibi canit Atthida
truam, florea virginitas sua cùm foret.

N E M O est tam perfanctoriè in poëtarum li-
is versatus, cui non suboleat Amorem fingi
nem esse quandam occultum, qui cor iecûrve,
opriam illius sedem insideat, & prælens absens-
evitalia noctes ac dies depascat. vnde illud est
Didone dictum: Et cæco carpitur igni: & illud:
t mollis flamma medullas. item illud: Quisquis
iat, vritur igne graui. atque adeò Xenophon
o etiam igne flammaque torrentiorem illam

H 5, facit,

facit, utpote cùm ignis tangentem solum vrat & vicina depopuletur: hic verò etiam in procul obtuentes & longo terrarum tractu separatos, ardentes suas sagittas acuat. quod inquit Horatius. Itaque aptè faci eōparatur, quam & sua flamma de- pascitur, & vicinus ignis, cui imminet, consumit. pingatur fax cerea paulatim liquefcens vi ignis propinqui, & accenso ellychnio ab altera parte sese consumens: cui, si lubet, addi potest Italum hendecasyllabum:

**A R D O D' APPRESSE, ET DA LONGE
MI STRVAGO.**

Emblema XII.

Senarij sunt Iambici acatalecti.

CLEMENS Alexand. lib. 5. Stromatum refert ex Pherecydis Syrij auctoritate, Anacharsim Scytham pingi solere, læua manu gehitalia operientem, dextra os compescentem, ad modum Harpocratis Aegyptij: eoque symbolo in aui, debere nos superare utrumque quidem, & libidinem nimirum seu voluptatum seminarium, & linguae petulantiam. sed hanc potissimum. Laetius ait statuis huius philosophi additam fuisse sequentem inscriptionem, Lingue, ventri, pudendis impera: quo symbolo ostenditur, garrulam & effrenam linguam infinitorum malorum esse causam: luxu foedius nihil aut scropha dignius: & libidinis incentiuum, velut Circuum poculum, ex hominibus belluas nos facere,

Emblema XLII.

Aristophanicum Iambicum tetrametrum brachycatalecticum monocolon.

In describenda Sphinge dissentient inter se auctores. si quidē eam triformem fuisse belluam fabulātur Palæphatus, corpore canino, facie puerilari, alis volucris, voce humana. Zezes Lycophronis interpres leonina specie antorsum, posteriore humana, vnguis gryphinis, aquilæ alis eam depingit. Ausonius quoque triformem describit illis versibus in grypho ternario:

Terruit Admiam volucris, leo, virgo triformis

Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fratre puella.
Pſellas in allegoriis biformem facit, vmbilico tenuis, elegante forma puellam, cetera hispidam, cauda oblonga, & ferinis pedibus, lingua Atticifante & Pythagoræa, hoc est, diserta & sapiente. Ælianus etiam lib. 12. De animal. cap. 7. d. Φυὴ καὶ δίμορφη, biformem & dupli cōstantem natura, ab Ægyptiis effigi sculpique commemorat, mixta leonini & virginis corporis in vnum conflata: idque Euripidis testimonio confirmat. Suffragantur illi Ori. lib. 1. contra Cels. dimidia sui parte virginis formam præ se tulisse scribens; & Clemens. Iam verò Diodorus Siculus, & cum Solino Plinius in Simiarum genere enumerant Sphinges, comis villosas, prominulis mammis, & dociles: quæ nihil ad nostrum institutum, nisi quod fabulæ biformis monstri attestantur.

stantur. Quid dicam quod Dion Chrysostomus.
 Sphinge allegoricè inscitiam exponit: at Psellos
 pro homine è dissimilibus constante; siquidem
 pars nostri rationalem facultatem obtinet, pars
 brutam naturam sortita est. Nunc ad symbolum
 veniamus, quod ex Clementis Alexandrini sen-
 tentia adscribam. Sphinx, inquit libr. 5. Stromat-
 um, pro delubris statuebatur apud Ægyptios, vel
 quia altis inuolucris operta sit omnis de Deo ra-
 tio, & mortalium sensibus obscura atq. imperuia:
 vel quia amare pariter & timere Deum teneamus.
 ac diligere quidem ut piis mitem & benignum;
 metuere vero, ut inexorabilem meritoque iustum
 vindicem scelerum erga impios: siquidem Sphinx
 humanam patiter & belluinam speciem repræ-
 sentat: ut nimirum ferina forma terribilem eius
 duditiam & asperitatem in exigenda ab impiis
 vindicta insinuet: humana facilem atque obuiam
 erga pios clementiam. Hanc in symbolo inter-
 pretationem secutus sum, tametsi aliter exponat
 Synesius Ptolemaidos Episcopus longè doctissi-
 mus in libro De regno, & repetit in libris de Pro-
 uidentia, in hanc ferè sententiam: Sphingem
 Ægyptia gens ante delubra consecravit, ut sa-
 crum symbolum coniunctionis virtutum, forti-
 tudinis, & prudentiaz, dum ferina species robur
 repræsentat; humana prudentiam; robur namque
 prudentia duce destitutum, temerè circaque co-
 filium & iudicium rapitur, miscens atq. confun-
 dens

dēns omnia : rursus ingenium & industria aut prudentia , quantumvis magna , nisi manus habeat administras , inutilis est atque euana. Sed hoc eius interpretamentum ideo respui , quod aliud huius rei symbolum eadem gens dederit : de quo diximus Emblema. xiiii.

Emblema XLIIII.

VT fulminis , ita & procellæ eadem est ferè natura & vis , ut validissima quæque ac renitentia sternant , euertant , dissipent . Idem est liuoris ingenium . Contra arundinem contumacem aduersus saeuentium nimborum impetus , domitricemque ruentis cæli videmus , nec aliis armis , quam patientia quadam tutam . Neque verò alia est æquitatis animi ratio , quæ invicto robore despuit , ac perferendo inuidiam ceteraque mala superat , gloriæ immortalis quæstu opulentissima , vbi temeritas succumbit , quam laudem inuenit sapientia , qui vitæ honestati innititur fortiter patiens , is & rute viuit , & de inimicis triumphat serio , talique fortuna etiam adiumento esse solet , quod Cornificius dixit . Picturæ ratio obvia est , vbi ventus aliquis tumidis buccis inspirans , ingentes arbores & confringit medias , & reuulsas radicibus profligat , illo persistente arundineto .

Emblema XLV.

P R O D I C V S Cœus philosophus librū conscripsit Horarum nomine , in quo fabulatur Heraclēm viam ingressum , forte incidisse in Virtutem

sem ac Vitium; quarum utraque magno studio illum in suos mores vitæque institutum pertrahe-
re conatae fuerint; tandem viatum in partes Vir-
tutis concessisse, eiusque sudores antetulisse insi-
diosis ac titillatricibus Vitij voluptatibus deliciis-
que. Narrationem omnem licet petas ex Xeno-
phonite, libro commentariorum de dictis factis-
que Socratis secundo. Meminit Cicero de officiis
lib. i. Silius Italicus eleganter hanc fabulam trâ-
stulit lib. 15. Pudici belli ad Scipionem, cui de
bello in Africam cogitanti, dextra læuaque adsti-
tisse hinc Virtutem, illinc Voluptatem fingit, ad-
dicta utriusque oratione ad persuadendum efficaci.
Simili ratione Lucian. in somno apparuisse sibi
Statuariam & Doctrinam comminiscitur; qua-
rum utraque sui studium illi persuadere conata
sit. Simile commentum est apud Poggium de In-
dustria & Pigritia per somnum cuidam apparen-
tibus. Tendunt omnia ad vitæ institutum dele-
ctumque, qui à Deo animarum ephoro seu natu-
ra, cum pubescimus, proponitur: id namque tem-
pus aptissimum deligitur ad ingrediendam cer-
tam aliquam viuendi viam. Neque vero aliud
est Paridis iudicium, quam delectus adolescentis
in persequendo hoc aut illo vitæ instituto, dum
aut recta ratio eum ducit ad verorum bonorum,
hoc est, Palladiæ vitæ amorem; vel animi affectus
amicitia seductus, ad Venereæ & in speciem pul-
chritudine admirationem rapitur & inclinar,

xti vult Proclus Diadochus in Platonicis commentariis.

Emblema XLV.

Hexametrum, cui subiungitur Iambicum dimetrum catalcticum.

A P. V. D Sain inferioris Aegypti regionis metropolio, in vestibulo fani Mineruæ sacrati, hieroglyphicum symbolum exsculptum fuisse hoc ordine cōmemorat Plutarchus in libro De Iside: nimirum Infans, Senex, Accipiter, Piscis, Hippopotamus ordine sequebantur: quo admonebantur à primis vitæ initis ad extremum usque eius terminum, animis hominum insidere debere, quod Deo nihil sit magis inuisum atque exossum, quam impudentia. Accipiter autem Dei significationem habet, quoniam ea suis ceteras accellit & acie obtutus, & volatus perniciitate. Piscis verò odij latenter significationem præfert, propter mare elementum humanæ naturæ inimicum. Hippopotamus denique impudentiam notat, ut qui genitori quoque suo non parcat, eoque necato vi matrem ineat. Est autem Hippopotamus siue equus fluvialis, soli Nilo cognitum animal, corio & pilis vestitum; ut vitulus marinus, quaternis pedibus, vngulis bifidis, quales bубus dorso equi & iuba, rostro resimmo, cauda tortuosa & brevi, dentibus a prorum aduncis, animal præ ceteris sagacissimum, ut quod in arundinetis succiliis cabile ponit, tramitesque à pabulatione auer-

sis v.

sis vestigiis varios distinguit: & ex voracitate nimia pigescere se sentiens, arundini præacuteæ erute impresso, sanguinis profluum elicit, eaque inanitione sibi medetur.

Hæc fermè de Hippopotamo ex Ammiano, Plinio, Solino.

Emblema XLVI.

Carmen est Antispasticum terrametrum, eius generis quod à Servio Honorato tali exemplo comprobatur:

Mæcenas atavis, Lydia quos fert, genite.

INTER cetera, quæ Leoni seuissimo animalliterorem incuriunt, enumerat Plianus lib. 8. cap. 46. circumactos rotarum orbes, & cantus gallinaceorum; sed omnium maximè ignes. Confirmat hoc Orus Apollo, nulla re magis domari arque frangi leonis feritatem, quam accensis facibus. Iræ tumor haud fermè compescitur melius quam documentis præceptisque celestis philosophiæ, quæ facis instar mentem illuminat, & ab indomita præcipitis affectus rabie cogitationem associat, saeque doctrinæ suggestione muniet, & animi tranquillitatem conciliat. Præterea & supplicij metus non iram moderatur modò, sed & ceteros affectus velut iniecto freno cohibet. Iræ significatio à tedis non est aliena: nam & definitur eam sanguinis circa cor ardorem. vnde Lucret. lib. 3.

*Est etiam calor ille animo quem sumit in ira,
Cum feruescit, ex oculis micas acrius ardor.*

Quod

Quod ad picturam attinet, pingatur fax ardens
& leo qui auerteret ignem illum.

Emblema XLVII.

Carmen est Alcaicum dactylicum monocolon, combi-
stans pentemimori Iambica, & gemino dactyleo;
simile illi Horatiano:
Eauete linguis, carmina non prius.

PI N G A T V R C eruus perniciſſim⁹ cursus
fugiens, sed obliquato nonnihil collo sagittam,
vulneri hærentem respectans, ut aliqua ratione
doloris sensus exprimi videatur. Expressum ex
illo Hetrusci poëtæ versu, qui eniam non absurd
de app̄ingi potest: DIL DVO L' MI ST R V G Q, ET
DIL FV G S LR' MI ST A N C O. Qui ergo
animi peragrinando & trans maria currere doloru-
ris fastidiose leuare se posse sperat, non absimilis
est hunc Ceruō; nam & agrimonæ vulnus animo
circumferit, & opes atterendo, ac in ignota incur-
ritudo hospitia, dum male tractator, lassescit, cru-
ditatemque vulneris adauget.

Emblema XLVIII.

Meridionalis Archilachia terrarum adiunctum. T

De a v M P T V R I, oſt ex Plutarcho libro de
Iside ſepius ante arietato, ubi ſic ait: In Creta Io-
vō ſuit statua, auribus molila, quo ſymbolo in-
decrevoluit artifex, principem & qui ius in omni-
bus habeat, non debere alicui aures suas mancipio-
dare, hoc eſt, ita accommodare, ut ab illo poſſe ſe
vidcantur, vaque illarum obſequio abuti queat.

I

Nihil

Nihil perniciöius est quam quod aures in omnes patentes princeps habeat. id quod Marcellinus lib. 16. de Constantino Cæsare prædicat, turpem tanta Imperatori maculam adspersens; contraria quam præclarum acroama & elegium Iuliano lib. 18. idem tribuit illius patreli, quo prædicat eum personarum indeclinabilem iusti iniustique fuisse distinctorem: addito & documenti vice exemplo laudabili, quod huiuscmodi est: Nā cum Numerius, prouincia Narboneensis rector, peculatus insimulatus, rationibus eti men obiectum facile dilueret, ac Cephidius orator hominis innocentiam acerrimè oppugnaret, inopsque documentorum exclamaret: Neminem quenquam noceatorem fore, si insitari sufficeret: Julianus sapienter ex tempore subiecit, Ecquis tandem innocens erit, si accusasse sufficeret Non alienum hinc est Alexandri Macedonis factum, altera magna opposita aurem obstruens, ut ore seruaretur integra.

Emblema XLIX.

*Trochaeum Soradicum trimetrum acu salectum
monocolon; quale illud apud Mariu Sernium:
Aqua sicca nimbus intrat, ite lati.*

CVLX infectum flammae splendore mira gaudet: itaque lucernis aduelicat, moxque exstis alis concidit, atque interit; vnde & Pyrausta gaudium & interitus, in proverbiū abiit. Non absit his est conditio amantis, qui in seatus amo- zibus,

us, temeritatis suæ fructus metit, & quæcum de-
rit, igne perit, qdō spectat. ~~Æschylus~~ Tragici
cæs senarius:

*Pyrænæta in rebus pertinere necesse est sapientia,
Pugnit & pudiens amor, humecte calamitatis
sum incutere, quando Euadna legimus pre-
mio conjugis Gapanci amore scipiam vltro py-
ardenti inieccisse: Portiam legitimi amoris in-
lare ornamentum, marito Bruto extincto ar-
ctibus carbonibus ore habens, vitam abruptissimam
tanit Valerio Maximo; nam Dido se ipsa fer-
consumens dubium in utramvis partem ex-
emplum aquiliter ita ut picturæ per se aliqui ma-
estri adscribi queat vestigium Italicus,*

D S I D E N T A M A R P O R T O T O-
M E N T O.

Emblema L.

COMPLECTITVR istud emblemata ter-
principias vxoris dotes, nimirum residens do-
fus operam (cuius explicatio xxxi. emble-
ma eluccescit) deinde opum mariti industria
estatutum custodiam postremq; linguz coni-
tiam. Pingatur itaque recto corporis statu-
lier, dextra clavum fascem præ se tenens; le-
tri opposita, qua species Angerona Dea, silen-
præful, prænexo obsignatoque ore figuraba-
apud priscos.

Emblema LI.

A D A M A S ut inter gemmas facile principali-
zum ob-

tum obtinet, neque mirum, quippe cui vis iudicata non est. Græca interpretatione dedit; ita duorum violentissimæ naturæ rerum, ferri igiturque virtutem præcitem. Vani singulari prærogativa iam optimi possidet, atque auctoritate scriptorum veluti in manu p̄cepit: quando enim tuncudes, nedum malleos ferreos dissilire laetitia sua derit faciat; hinc est quod ad amantem (quem opus galudium præclaro et logio noncupat Plinius) reliqua vi omni fragilem atque indicium, solo hincino sanguine, nec nisi recenter a cæde feruerere, tampli posse naturam rerum ventilatores negant. Emblemata desumptum est (ne quis nobis fascinus a malevolis obrepatur, qui candidè nostros labores in publicū proferimus) è librotū Prage, quæ Bohemiæ copiosissima facile & literarum studiis celeberrima est ciuitas, excusorum frontispicio: ubi annulus pala inclusum habens adamatum, decussatum præfert hinc securum Amazonsiam; inde trullam ferrream igne ardente coruscans.

Emblema LII.

Chymen est heroidicum Archilochio dactylico hymnus perturbatlectio.

- T R E S sunt capitales veræ laudis ac honestatis omnis hostes; tres exortales pestes, Incessus, Gaea, Venus. Hæ nimirum sunt pellentes illæ furies, quibus sapientia adumbrator Vlysses ares obstruxerat; hæ veteri Gorgones corporem mensitudinæque contiliantes. hæ ipsius Hær-

pyix

yis; animalium pabuli depeculatorices, quæ pa-
ia, hoc est metis, bona comedunt, caro de cibis,
nimis lumen excedunt. Pingatur homo. Sar-
cophagi autem Bonofii cuiuspiam similitudinem, ventricos
is, & obesus, accumbens resupinus in lectulo,
ibalaribus culcitratis innoxius, dextram patet in-
iens in mea apposita, laeva. Venerem expi-
illatam contrectans; addatur ad latum Gloria fu-
cientis specie, retrospectans, & auersa manu xo-
riti valedicens. Porro Gloriam purpureum habitus,
et late conspicuus, aut Attalicus generis, tribui de-
bet, cum laurea corona semper coronatus esse. Quis
laoris adiutorum talares alas ad modum Mercurii:
palaudemque cum auctoritate purpureum agit
prosternens, linguis oculisque passim, ad speciem
et unguiculatum: quia gloria, laude, in exercitu pro-
rbem dimicans, itum quia gloria celebrata omni-
um ora loquitur, in eundem omnium cor-
acti sunt oculi:

... Pemblema. L. I. I. q
Tetramorphum etenim enim monogrammam

N E M I N I : non enim vero nesciit posse di-
tum, Veritas Temporis filia sed quod nimisrum
tempus inserviat preferat uincitque. Sacrum
utem prout tempore precipi iudicabitur, est. Anno
etro constat. Diem originum dixisse quoddam. Veri-
tatem aliquando apud patrem habuit. Tergo
in iaceente unde sumptuosa singondi, emblematis
casio. Ringantur ergo quatuor Veritas, & spissum ob-
scuro

scuro inter scopulos umbilico tenus emissa,
quam Saturnus libratis in aere alis volitans, dex-
tra edicit: circumstent hinc inde tres feminae
specie pestes, Discordia, Calunnia & Iuvidia,
quæ succinctæ & ligonibus instructæ, manibus
pedibusque concenter veritatem egesta humo ob-
raere. Nunc siogulatum personarum habitum ac
speciem deinceps. Veritas virgo pingitur nivaco &
simplici rugisque carente, amiculo induata, puro
oculorum lumine itradians. Calumniam olim ab
Apelle pictorum coryphæo ita depictam insinuat
Lucianus: ut ornata sit pulchro, forma egregia,
adspexit atdente: laeva ardente redanti praeterea;
Id extra supplicem adolescentem per capillos tra-
hens. Iuvidia macie lurida pingatur obliquesta
oculorum acri, viperis circum caput eratibus
redimita, corque humanum ori admotum come-
tendum. Discordia sive Litis imaginem dabo
Emblemate LIII. Saturnus autem operto ca-
pite pingatur, senis specie, alatus, laeva falcem
testans, autem veluti malum, clopsydras. reliqua
picturæ pars è superioribus paret.

Emblema LIII. actio V. 111.

S Y M B O L U M personæ discordias iesit, quam ut
diserto in re diuaria esse labores, quis enim mali om-
nis parentem discordiam ubi cecidit, usque celo
permisere doctum? Pictam hanc graphicè ex-
peditit in Satyriunt fragrantis Petronius Arbi-
ter, quem magna cum perig securus; etiammodi pi-
etatem

iram dederim. Pingatur mulier laerymis oculis
oppelta, scisso capillito, comas viperis imple-
s habens, scabris dentibus & liquidis, sanguinea
anu facem ardenteam quaticas, quæ pedibus
luna deprimat. cuius acrophysion huc caput fo-
lum propinquum excitet cum fumo & flamma.

Emblema LV.

M u s c a, meritò ab Homero impudens dia; qua nullum animal minus docile putatur, inorisque intellectus, impudentes alienæ famæ
trecentores denotat, aut simul Zoilos, qui ad
eae dicta conniventer in vicio Ixui aut lubrico la-
u immorantur, illudque suggillant. Apis can-
di lectoris exemplum est, qui Musarum prata
eruolitat, & utilem mellifacio succum depasci-
tur: aut qui Virgiliano more è simo gemmas col-
git, ex horridè insciteque dictis Veneres dicendi
enquirit. Pingatur hinc musca iumento hulce-
so insidens, virusque depascens: illinc apis thy-
rium floresque delibans.

Emblema LVI.

C ITA VIMVS in Adagiorum nostrorum
etiam Centuria proverbiū à Dionysio Longi-
o rhetore usurpatum, ψευχής γλωσσίκης, δυλεια,
animi scrinium seruitus: quod ea sit animi reti-
aculum, neque sinat libero nos ore eloqui, & li-
eraliter expromere, quæ animo concepimus,
addicti magnatum seruitio, vel saltē eorum ty-
annide prohibiti, velut iniecto ori freno cum

libertas eloquentiae nutrita sit ac parens. Nimirum ea tyrannis ab antiquissimis temporibus inoleuit a principibus usurpatæ, volentibus flagitia sua exiccatum velaminius tegit, perfidiam specioso fidei fuso inducit. Ea fauendi vitiis consuetudine, vsu stabilitate, atque in mores recepta, ingenia scribentium seruitute degeneri ita corrupti, ut nihil sit ab hac parte sani, vt factos sancta illa historiarum fides penitus interierit, ut illaudatos Busitudes & portenta cælestibus propè æquemus. Inde excogitata fuit ingeniosa illa poena & animaduersio, quilibet incendio absundi iussi sunt Senatus consulto in Imperatorum, ne dicam orbis pestium gratiam: quod de Labieni scriptis memorat Seneca, de Cremutij Cordi Tacitus. Emblema petitum est ex Philostrato in Stophiliani Sophistæ imagine, qui deprecatus operam à Clazomeniis imperatam, qua domi ludum aperiret, responderet, Lusciniam in caue cantillare. Pictura per se evidens, lusciniam caue inclusam postulat, sed desiderem, non volucrem.

Emblema LVII.

DION aurei oris cognomine celebratissimus Græcis Philosophus & Orator, in Diogene sive de famulitio, Emblematis istius occasionem dedit, ubi diuites onerosa famulorum turba stipatos, iulis (*chenilles*, Gallicè, nisi fallor, millepedes multipedas) Latina lingua nuncupat pileos vermes arcuatim progrediventes assimilat: qui et si pe-

pedum agmen infinitum moueant, reptilium
non sunt facile tardissimi: ita enim sonant eius
ba, ἵπτα περιγένετος τοῖς ιύδοις, οὐ μηρίκε
πας ἔχοντες, βρεφότεροι τοῦ ἀρπατῶν. Non
imili ratione tritemes Paridis, quibus Helen-
a petebat, ob remorum ordinem multiusgum,
μήσεσ, quasi iūli instar: grecisiles appellant.
aptissimè Crassi nostri torquati hanc ipsi la-
lettes, & Tantali fame conturbatrice nobilis
parantur, qui ansatis latribus platearum
ia complent, pellitis abollis, & ferarum tergo-
s hirsuti, fractoque incessu superbi, multitudi-
ni affectantium ministorum querorumque
& evertisque attrahunt. Millopedes non igna-
rma est, ac proinde obvia pictræ ratiō, uti
i venustandæ illius gratia adiici superiore in
lae margine torquatus aliquis multo comi-
superbus possit.

Emblema LVIII.

SIGNIVM & industria quid non valet,
non penetrat, atque persuadit; quo si accedat
uitas sedula & indefessa, crebris operis can-
incudem nocte diuque stolidentibus, opori-
is, ne tum totundum nescio quid & absolu-
(cuusmodi orbicularis ille scientiarum du-
romittit) existat inde necessum est. Vetus
ac veritati consonum est: Crebris iictibus
um deiici, continua atque infatigabilis di-
iae arguento, quod difficillima etiam que-

que ea via superentur adeò & perficiantur; Herculeis ac Theseliis laboribus omnia quævis ardua, cælum denique ipsum patcent. Verè ille, Labor improbus omnia vincit. Palis & stipitibus, quos fistucæ adogerint, telluris ipsius solum, & ἔρημος ἀσφαλής (ut Hesiod. canit) pertundi videamus. Hastib[us] sublicas, Susianæ quidem familiariz insignia, sed easdem pertinacis industriae symbola, anime infigas velim, Petre fili, ne torpor hisce te reuocet, inde desperatio ad summa euadendi deiiciat; quia potius iusta æmulatione ad domestici exempli gloriam laudisque creditatem asperites assiduo studio, quod nocturna diurnaque manu tractatum, cuæc[t]as tibi difficultates, velut propitia quædam Lucina, peruias aperiet.

Emblema LVIII.

QUE M A D M O D V M petra infesto mari exposita, sine villa intermissione, aut rabida fluviuum vi pulsatur vndeque, aut violento procellarum impetu oppugnatur; neque tamen loco cedit tantillūmve commouetur, sed intrepida qualescunq[ue] maris aërisque mitas præ se coatemnos despicit. Ita etiam non minus utile, quam necessarium erit, si iuuenilis ætas, malarum artium insolens, petræ fortitudinem ex parte aliqua in exemplum traxerit. Quod tunc maximè fieri, cum honestioribus præceptis instituta, ad rectiorem viuendi aormam dirigatur; si effrenata libidinum impetus, quibus ea plerisque ætus obnoxii

etiam est, iahibentur, prauorum conciliabula
quam blandæ Syrenes, præscens alioqui exitium
teræ, ad Ulyssis exemplum surdis auribus
erauigatur: denique si titillatrices volu-
tum illecebræ (quas diuinus Plato malorum
iūm escas venustè appellavit, quod nimurum
piantur homines, haud aliter quam hamatis
pisces) retundantur: ut quamvis prematur,
nō non oppressor iuuenilis animus. Tan-
est ut sub perre exemplo admonemur; virtu-
inimo osse capiendam, contrà vero desidiam
cordiam reiiciendam. Postea in eandem sen-
am scitè admodum Latinum regem varios
tis populi rumores compescere ac sedare sat-
tem, rugis fortitudini his verbis comparat
ilius: *... et tantaq[ue] rupes immota reficitur
e veluti pelagi rupes immota reficitur:*

*pelagi rupes magno veniente fragore
us sese, multis circum latrantiibus undis,
oleret, scopulis nequicquam, & spuma circum
ex fremunt, laterique illisa refunditur alga.
iter Mæcentius, cum ab hostiis acceruari
in insuertibus crebris telorum ictibus impe-
rit, non Selùm tantam vim parui fecit, sed
... Velut rupes, vestitus qua predit in aquor,
via ventorum furoris, expositaque ponte,
r. curvata atque minas perfert calig, mariq[ue],
i insueta manus.*

corum impetum quantumvis rebus eret iusto animo sustinuit cedere nescius. An non & Hippolytus (cuius inaudita & invicta castitas praeuebia locum fecit) incredibili animi constantia fortitudi nem iniuste perandus est; quando Phaedrus nuperat; nihil inasum aet intentum iniquitatis, quo facilius puerum priuigeniam ad imputem pudicitiae crimen deriuaret & quodammodo effascinaret, illico amori regnans; & illicet eius blanditias,

Vt dura onutes undique intractabilis

Resistit omnis, & laceffenterque

*Longe remansit, ut in secula non possit
respuens, nec prelio adduci, nec precibus fletri possebit, ut amoris flammis, quibus impotenter si-
grabat illa, mutuo igne nutritur, nedam scintillam animo conceptam tradmittere. Poterit etiam
non inscitè hæc peccate comparatio ad aliud sen-
sum applicari: quandoquidem iuxta D. Pau-
lum petra humani generis Seruatorum Christum
mysticè repræstata, quem nos, quicte ipsa Chri-
stiani dici volamus, ex omni parte imitari, eum
que sacro sanctis præceptis insistere oportere mo-
net Symbolum: Quid, quod & D. Cyprianus lib.
I. epist. 3. Manere debet, inquit, apud nos fide
robur immobile, & stabilis atque innoxiosa vi-
tus contra omnes incursum atque impetus ob-
trantium fluctuum, velut petra obiscontis for-
titudine & mole debet obsistere. Petra per se
et quidens est.*

Emblema LXI.

EL V E M & desultorium, qui quo velut ab officiis habitis peragitur scribendis labore, brevis fuit usque manes honoris, at illustris quoq. si sit expensum iudicio etiam scripta, semper enim aut esse est omni mundi interitu sicut desierunt concomitantes artis decus, quod immortalibus suis scriptis auratas placet, monumentum aere perennius exesse se gloria uniusque ad exemplum Quidias nullis ignibus, nulla vi, aut vetustate abolendum, optis perficisse præ sagus tecinit. Viuet etiam tuus Hendeli immortalis auctoritate calamus, ut ille per illas praecordissimam pectoris, qui manum de te et alia tollere potuisse negant, industria singularem representans, & ad immortalis glorie spem, id dubiam affectans, viam.

Emblema LXII.

Orga sed dignament suis preobnienti inservire, neat in celebrando presentis laudari immortali vita que iussit, conatusque Antoni a tridu, cui edita ad ipsas diadas dicitur fortunaq. amblate annulas aliisque & maloribus reliquis, cum ceteris datar, & beatis, qui neque maiorem & se spectare aliquis possit, non in sequore sorte, sed velut in auctoritate opem, quod latenter.

to opum splendore inuidiosos illos, & qui à multis cum præsenti interdum vita discensione emuntur honores, non aspergant modò sis, sed ita fugeris; ut rares in vita, ruti tranquillam in quieto otio casis procul vijam exegeris hactenus, tandemque veriam teneas vitaenam. Nimirum prudentissime consideras quantum tibi molestiarum, quantum sollicitudinis indecas, quo te curram fasce exoneres, quando urbanorum negotiorum vidas, & in ciuilibus munusibus peticas, securus procul velut è terra despicias? præsertim exalceratissimis hisco temporebus, quibus ac Deusquidem ipse, si mortalem induceret formam, declinare Inuidiazestum posset. Hoc triologij cuius primum membris, et v. e. i., docet cuiuscè consonat alterum q. v. i. b. c. i., animi quæcèm atque oīum, non discinctum illud & iners, sed honestum & à turba discretum, insinuans, quod partim studio & lectione suppeditatur, partim in œconomia & rerum familiarium cura diligenter consumatur: Nam hebesesse ac in otio languescere, ac veluti congelare, nemo inquam sanæ mentis probavit. At tertium, t. a. c. i., exemplo Harpocratis, suadet fidele silencium; cui semper cura est merces, ut Horatius occidit, quando pluribus sua nocuerit gaudias, pauperae lacitudo; nisi forte in modo que importuna. Itaque vnihi videor, in paucis effugiendo, dedum

appetendos: vitam velut in silentio trahendam,
ut ignoreris, aut certe vocem continendam: & in
otio partis suaviter fruendum. Easdem voces in-
certo auctore sparsas, Arsenium patrisium Rom.
quam attentius secum animo expendisset, ut mo-
nastico etiè se manciparet, impunitissime olim, inter
exempla inuenio.

Vt autem res oculis fideliter subiiciatur, pin-
gatur primo loco vir concitato corporis motu fu-
gam intendens: deinde Harpocrates Ægyptius-
deus, qui occlusum digitis os obstruendo silen-
tium indicet: postremo deses homo torq iasidens.

Emblema

Emblematum Appendix.

FIDES NE LABET.

AD ISBRANDVM Sparnewaudam V. N.

Vt stabili glacies calcetur lubrica gressu,
Dentatis vulnus stapedis vestigia munit.
Maiores, Sparnewonde, sui hoc emblemata signant.
Vt constans stabilisq; fides, nusquam illa vacillet.

BOREALI plague subiectarum regionum populis
hybernante tempore, quo congelatae sunt aquæ, & gla-
cies lubrica securum viatoribus incessum denegat,
mos est subices stapedias denticulatas plantas
subligare, quarum morsus glaciei impressus vesti-
gia alioqui male firma confirmet: at qui in gla-
ciam descendunt absque stapedis, facilimè labue-
tur. Istud gentilitiis tuis insignibus ab auorum
memoria symbolum adiunctum videmus, gen-
rose Sparnewoude, sensum non otiosum præ-
ferens, ut ego autumo, quo nimis irum firmitas am-
mi in periculis, constantia in promissis, in amicis
tuenda fides stabilitatis firmamentum ob oculū
ponitur, res sacerdotalis que ubique rara, quæ vi-
tutes quasi lumen q
li pictura per se sa-



